




204139

Hellebrandt,
A Magy. Tud.
Akadémia
könyvt. levő
nyomtatványok
jegyzéke

OSZK

N. M.

MAGYAR NEMZETI MUZEUM
ORSZÁGOS SZÉCHÉNYI KÖNYVTÁRA



OLVASÓTERMI KÉZIKÖNYVTÁR

01511

KIKÖLCSÖNÖZNI NEM SZABAD

711
270
A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

KÖNYVTÁRÁBAN LEVŐ

ÖSNYOMTATVÁNYOKNAK
JEGYZÉKE

ÖSSZEÁLLITOTTA

HELLEBRANT ÁRPÁD

KÖNYVTÁRTISZT A M. T. AKADÉMIÁNÁL

KIADTA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA IRODALOMTÖRTÉNETI BIZOTTSÁGA

Ára 2 forint.

BUDAPEST

1886

CATALOGUS
LIBRORUM SÆCULO XV^o
IMPRESSORUM

QUOTQUOT IN BIBLIOTHECA ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ

ASSERVANTUR

OSZK
DESCRIPSIT

ARPADUS HELLEBRANT

BIBLIOTHECÆ ACAD. LITT. HUNG. ADIUNCTUS

BUDAPESTINI

1886

OSZK

Országos Könyvtár



A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA

KÖNYVTÁRÁBAN LEVŐ

ŐSNYOMTATVÁNYOKNAK
JEGYZÉKE

ÖSSZEÁLLITOTTA

HELLEBRANT ÁRPÁD,

KÖNYVTÁRTISZT A M. T. AKADEMIÁNÁL

Országos Széchényi Könyvtár

KIADTA

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADÉMIA IRODALOMTÖRTÉNETI BIZOTTSÁGA

BUDAPEST

1886

CATALOGUS
LIBRORUM SÆCULO XV^o
IMPRESSORUM

QUOTQUOT IN BIBLIOTHECA ACADEMIÆ LITTERARUM HUNGARICÆ

ASSERVANTUR

OSZK
DESCRIPSIT

ARPADUS HELLEBRANT,

BIBLIOTHECÆ ACAD. LITT. HUNG. ADIUNCTUS

BUDAPESTINI

1886

Muny.l.
32250c

OSZK

Országos Széchényi Könyvtár



204130

FRANKLIN-TÁRSULAT NYOMCÁJA.

PRÆFATIO.

Libros ante annum 1501 impressos, quotquot in bibliotheca Academiae Litterarum Hungaricæ asservantur, descripturus, pauca quædam de hac bibliotheca et de huius operis ratione præmittere placet.

Postquam igitur sexaginta abhinc annis insigni Stephani Comitis Széchenyi munificentia Academia Litterarum Hungarica condita est, nonnulli viri docti insigni litterarum amore incensi generosum viri divini exemplum imitati sunt. Inter quos primo loco Iosephus Comes Teleki nominandus est, qui die 17. mensis Martii anni 1826 ad Palatinum et Statum Ordinesque Regni Hungariæ litteras dedit, quibus suo ipsius et fratrum germanorum Adami et Samuelis, necnon novercæ Ladislai Teleki uxoris, eiusque filii Ladislai nomine se bibliothecam a patre hereditate acceptam, qua triginta fere millia voluminum continerentur, futuro sodalicio litteratorum donaturos immo in posterum quoque pro domesticis copiis aucturos esse pollicitus est, simulque quinque millia florenorum sodalicio dono dedit, ut ex usuris huius summæ bibliothecæ præfectus ex sodalibus eligendus annuo salario donaretur.*)

Merito igitur in bibliotheca nostra statua pectore tenus efficta Iosephi Comitis Teleki collocata est parietique tabula marmorea infixa est, in qua hæc inscripta leguntur :

*) Vide 1826/7 Országgyűlés Írásai I. 77. ülés, 281. l.

SZÉKI. GRÓF. TELEKI. JÓZSEF.
 S. TESTVÉREL. ÁDÁM. SÁMVEL. LÁSZLÓ.
 GRÓF. TELEKI. LÁSZLÓ. FIAI.
 ÉS. ENNEK. ÖZVEGYE. BÁRÓ. MÉSZÁROS. JOHANNA.
 EMLÉKEZETÉNEK.
 KIK. XXX. EZER. KÖTETTEL.
 S. EHHEZ. CSATOLT. ALAPITVÁNYAIKKAL.
 EZ. AKADÉMIAI. KÖNYVTÁRNAK.
 ALAPJÁT. MEGVETETTÉK.

Quorum exemplum paullo post alii quoque magnanimi donatores secuti sunt, ita ut res sodalicii brevi magnopere accrescerent. Inde ab anno 1831 Franciscus Schams, Josephus Bajza, Gregorius Czuczor, Andreas Fáy, Stephanus Horváth, Michael Helmeczy, Franciscus Kazinczy, Johannes Kiss, Stephanus Comes Széchenyi, Michael Vörösmarty alique complures operibus suis bibliothecam auxerunt, familia Telekiana ephemerides ad bonas litteras spectantes bibliothecæ procurabat; in exteris autem gentibus prima litteratorum sodalicia, in quibus principem locum sodalicium ad res naturales explorandas Philadelphię constitutum et Regia Litterarum Academia Borussica obtinent, quorum exemplum paullo post Societas Erudita Edinburghensis, Regia Academia Monacensis, Societas Erudita Regia Bohemica, Academia Florentina secutæ sunt, opera ab ipsis edita nostro sodalicio dono dederunt. Eodem fere tempore Josephus Comes Teleki bibliothecam Francisci Kresznerics a se emptam, qua 1060 volumina continebantur, nec non libros manuscriptos tabulasque geographicas nostræ bibliothecæ dono dedit, in quorum numero ducenta incunabula quæ vocantur erant.*) Tum anno 1835 Livius Marczibányi de Puchó librorum, quos a patre hereditate acceperat, haud exiguum partem, volumina quadringenta duo, sodalicio donavit.

Anno 1838 autem, quo tempore in bibliotheca nostra 2200 fere volumina numerabantur, Gustavus Comes Batthyány principi Academiæ nuntiavit, se bibliothecam, qua 30,000 voluminum contine-

*) Vide Tudománýtár, 1834. IV. p. 265.

rentur, Academiæ dono daturum esse. Cuius exemplum secutus paulo post Casimirus Comes Batthyány exquisitos libros maxime ad rem litterariam Galliæ spectantes nobis donavit. In libris a Gustavo Batthyány dono datis opera erant ad doctrinam religionis, philosophiam, pædagogiam, mathesim, res bellicas, sed imprimis ad iurisprudentiam spectantia, quæ plerumque Palatinus Ludovicus Comes Batthyány inde ab anno 1790 comparavit; præterea libri ad politicam, historiam, geographiam, technicam, physicam pertinentes. In libris manuscriptis autem erat Diarium summi ducis Sigismundi Trauttmansdorf, sub finem sæc. xvii. conscriptum, exemplar Chronicorum Simonis de Keza, commentarii Comitis Forgach, compluria acta diætalia hucusque inedita necnon codex Rohonczensis, Scythicis ut vulgo creditur litteris exaratus. Quæ omnia Franciscus Toldy, secretarius sodalicii, die 7. Aprilis Rohonczio Pestinum transferenda curavit, atque eodem fere tempore bibliotheca nostra 677 voluminibus aucta est, quæ Andreas Horváth Academiæ hereditate reliquit, plerumque ad veteres scriptores et litteras Hungaricas spectantia.

Princeps autem Academiæ hoc quoque anno demonstravit quantopere res Academiæ sibi cordi essent, cum non solum nonnullos pretiosos libros impressos atque incunabulâ quæ vocantur bibliothecæ donavit, sed etiam libros manuscriptos, ex quibus imprimis nominandi sunt duo codices Corviniani, quibus Sermones Leonis Papæ et Ludovici Carbonis Dialogus de laudibus Regis Matthiæ continentur, tum Codex Justiniani sæc. xvi., Epistolæ Senecæ philosophi. Ephemerides quoque sumptibus Telekiorum sine ulla intermissione in bibliothecam redibant, quæ iam inde ab origine unum conclavedomus Trattnerianæ occupabat, ubi libri tribus armariis haud parvis inclusi erant. Sed plurimum ad augendam bibliothecam contulit diæta anni 1840, qua lege sanctum est, ut librorum in Hungaria et partibus adnexis impressorum singula exemplaria sodalicio litteratorum darentur (1840. Art. VI. §. 11.).

Anno autem 1840 Franciscus Toldy Rohonczio libros Batthyányanos una cum repositoriis Pestinum transferendos curavit atque in conclavi proximo a minore bibliotheca Academiæ

collocavit, ubi a ceteris libris segregati custodiebantur et tandem conscripti et in ordinem redacti sunt. Medio hoc anno bibliothecæ scriba est additus, cuius opera Toldy opus propter spatii angustias haud facile aggressus libros eligeat disponebatque, quo tandem fieri potuit, ut eæ bibliothecæ partes, quæ a lectoribus sæpius petebantur, eodem anno et proximo publico usui traderentur, ceteri autem libri, quot quidem tria conclavia capere potuerunt, anno 1841 disponentur, qua occasione singula volumina insignibus Academiæ ornata in novem catalogi generalis tomis inscribebantur. Quod autem ad librorum numerum attinet, postquam a. 1844 bibliotheca Telekiana, ex quarum copiis præsertim Danielis Cornidis diplomatarium aliaque eiusdem viri docti opera manuscripta digna sunt quæ commemorentur, tandem in possessionem Academiæ venit atque exceptis libris theologicis, quos angustum cubiculum non capiebat, tota Pestinum translata est, qua occasione antiquiores bibliothecæ partes, qua iurisprudentia, physica, historia naturalis et res medicæ continebantur, loco iterum mutato in conclavi annexo repositæ sunt, numerus librorum typis impressorum 19,736, incunabulorum et editionum principum 356, tabularum geographicarum 480, codicum et operum manuscriptorum 600 fere, itaque summa omnium librorum 20,812 erat auctore Toldyo. Quibus omnia litterarum humanarum genera complectebantur.

Tandem die 23. mensis Decembris anni 1844 bibliotheca nostra solemniter publico usui tradita est præsentibus sodalibus Academiæ quam plurimis, inter quos Stephanus Comes Széchenyi Academiæ principis vicem sustinens primum locum obtinebat. Quibus Franciscus Toldy historiam bibliothecæ enarravit et postquam Josephus Bajza de ingentibus familiæ Telekianæ erga bonas litteras meritis disseruit, bibliothecam ostendit.*)

Quæ bibliotheca nostra postmodo a magnanimis donatoribus acceperit, singillatim enarrare longum est, sed tria eximia dona haud omittenda censeo. Anno igitur 1846 Sacratissima Cæsarea

*) Vide M. T. Társaság Évkönyvei Tom. VII.

Regia Maiestas Academiae quadraginta volumina dono dedit; anno autem 1850 Josephus Comes Teleki princeps Academiae libros Emerici Jancsó Consiliarii, in quibus multa opera rarissima imprimis ad res Hungaricas spectantia erant, pro nostra bibliotheca emit eidemque iterum selectam librorum suorum partem, sexcenta fere volumina, qua etiam nonnulla incunabula et libri ab Aldis typis descripti continebantur, dono dedit. Dicendum est praeterea de pretiosissimo Francisci Pulszky dono, quo bibliotheca Academiae anno 1867 operibus 766, voluminibus 1200 aucta est, quae ab harum rerum peritis 10,000 florenorum aestimata sunt. In quibus nonnulli pretiosi libri manuscripti et incunabula haud exigui pretii, ut Biblia saec. xiii. scripta, Justini editio anno 1470 impressa cum initialibus exornatis, tum opera archaeologica, ad linguam et litteras sanscriticas spectantia necnon opera historica et politica recentiore aetate impressa imprimis quae de rebus Hungaricis agunt atque peregre lucem viderunt inveniuntur.

Sed cum inde ab hoc tempore nemo exitisset, qui fautores supra nominatos pari dono adaequavisset, bibliotheca, quae tandem anno 1865 ex domo Trattneriana in splendida aedes Academiae nostrae translata et secundum artes ordinata et digesta est, et iam amplius centum millia voluminum numerat, usque ad nostram aetatem tantummodo libris emendis, cum editionibus exterarum Academicarum et Sodalitiorum Eruditorum permutandis, tum exemplaribus a typographis ex lege Academiae oblati et minoribus quibusdam donis augebatur.*)

*) Qui de historia bibliothecae nostrae accuratius edoceri cupiunt scripta infra indicata adeant consulo: Schedel Ferencz, Az Akadémiai könyvtár rövid története és mibenléte (M. Tud. Társ. Évk. VII. k. 1. oszt. 1842—44. 86. l.). — Bajza, A Telekyek tudományos hatásáról. (Ibidem VII. 92. l. et M. Akad. Ért. 1843—44. 233., 234. ll.). — A Teleky könyvtár magyar és 2-ik nagyobb részéről való jelentés (M. Akadémiai Értesítő 1843—44. 104., 130., 157. ll.). — A Jancsó könyvtár megvétele s gróf Teleky József újabb ajánlata (M. Akad. Értes. 1850. 43. l.) — Az Akadé-

Sed ad incunabula quæ dicuntur in bibliotheca nostra asserta nos convertamus necesse est, quorum maximam partem e bibliotheca Josephi Comitis Teleki accessisse iam supra commemoravimus; nonnulla a Francisco Pulszky, Paulo Oltványi, Emerico Madách dono data sunt.

Quorum numerum si spectas simulque cum bibliographis optimis, Francisco de Lieteriis, Audiffredio, Seemillero, Holtropio, Hainio, Bruneto, quorum sententia etiam Mohlbechio Sainzingeroque viris huius rei peritissimis probatur, typographiæ incunabula anno 1500 finiri statuis, non a. 1517, quæ Schellhornii, aut a. 1520, quæ Engelii et viri docti qui incunabula bibliothecæ Monasterii Sangallensis descripsit, neque a. 1533, quæ Uffenbachii, aut 1536, quæ Panzeri erat sententia, iam non sexcenta volumina in incunabulorum numero habebis, quod a viris doctis factum est qui Panzeri præcepta secuti libros a clarissimo comite Josepho Teleki dono acceptos digesserunt, sed volumina 466 tantum, quæ 36 locis in lucem prodierunt, qui loci infra in tabula conscripti exhibentur, in quam etiam opera loci, anni et typographi nota carentia recepi.

Locus impressionis	Quot opera ?	Ex quot typographis ?
Argentina --- --- --- ---	63.	10. (?)
Augusta Vindelicorum --- ---	22.	9.
Basilea --- --- --- ---	27.	8.
Bononia --- --- --- ---	6.	3.
Brixia --- --- --- ---	3.	1.
Bruna --- --- --- ---	1.	1.
Burgdorfium --- --- --- ---	1.	1.
Colonia --- --- --- ---	37.	4. (?)
Daventria --- --- --- ---	2.	2.
Esslinga --- --- --- ---	4.	1.
Florentia --- --- --- ---	2.	1.
Hagenoa --- --- --- ---	7.	1.

miai könyvtár (Budapesti Szemle XVII. 1863. 455. l.). — Hunfalvy Pál, Tudósítás a magyar tudományos akadémiai könyvtárról (M. Akad. Értes. 1868. 33. l.).

Locus impressionis	Quot opera?	Ex quot typographiis?
Heidelberga...	1.	1.
Lauginga...	1.	1.
Lipsia...	11.	4.
Lugdunum...	4.	3.
Mantua...	1.	1.
Mediolanum...	6.	4.
Memminga...	3.	1.
Moguntia...	2.	2.
Norimberga...	44.	4.
Parisi...	3.	2.
Passavia...	4.	2. (?)
Patavium...	3.	2.
Reutlinga...	1.	1.
Roma...	11.	7. (?)
Rostockium...	1.	1.
Spira...	4.	1.
Tarvisium...	3.	3.
Ulma...	10.	1.
Venetia...	141.	54.
Verona...	2.	1.
Vicentia...	2.	2.
Vienna...	2.	2.
Vratislavia...	1.	1.
Winterburg...	1.	1.

In octo autem classes hi libri distribui possunt, quarum prima est Encyclopædia

2. Theologia
3. Philosophia
4. Geographia et historia
5. Jurisprudentia
6. Litteræ
7. Scientia naturalis
8. Varia.

Ceterum de hac re accuratius in calce libri dicitur.

Antiquissimum autem opus typis impressum, quod quidem in bibliotheca nostra reperitur, est liber *Augustini de doctrina christiana seu de arte prædicandi*, quod circa a. 1465—66 Argen-

tinæ ut putant apud Mentelinum prodiit, de quo confer Madde-
nium.*)

Ab hoc libro secundum est opus in hunc modum inscriptum :
«Gregorii Papæ Moralia» et loci, anni necnon typographi nota
carens, quod si plerosque bibliographos audis, anno 1468 Basileæ
ex officina Bernhardi Rodt prodiit. Denique ex libris anni notam
exhibentibus antiquissimus est, qui Aurbachi Summa de sacra-
mentis inscribitur atque Augustæ Vindellicorum a Günthero Zainer
anno 1469 editus est.

Rerum patriarum studiosis autem magis credo placebunt
libri illi triginta duo, quibus nonnulla ad historiam patriæ spec-
tantia continentur, quos paucis exceptis anno 1880 in annalibus
bibliographicis «Magyar Könyvszemle» descripsi.

Denique habemus etiam nonnullos libros, quorum nulla in
operibus bibliographicis, quæ mihi præsto fuerunt quæque in calce
huius libri enumerantur, mentio fit. Sunt autem hi :

Aesopus. Latine per Rimicium. Mediolani Gasparus de Can-
tono 1480. 4° (57).

Calendarium. 1483. s. l. 12° (87).

Albertanus Causidicus de arte loquendi et tacendi. Coloniae
1486. 4° (130).

Albertus Magnus de mirabilibus mundi, s. l. et a. 4° (366).

Aristotelis Oeconomica, cum comment. Joh. Versoris, s. l. et
a. (Coloniae) Fol. (Hæc editio non est eadem atque ea quam Hain
aliique norunt a me 385. loco descripta) (386). *

Gesta Romanorum, S. l. et a. Fol. (415).

Mirabilia Urbis Romæ, S. l. et a. 12° (437).

Ipsum catalogum in duas partes divisi, quarum altera tem-
porum ordine servato opera cum anni et loci nota, altera ordine
alphabetico opera anni et loci vel anni tantum nota carentia exhi-
bet. In utrorumque descriptione autem Hainium secutus sum, nisi
quod scripturæ compendia ex delectorum virorum sententia quo-

*) Lettres d'un bibliographe, II. Sèr.

rum curæ historia litterarum in nostra Academia commissa est resolvi, plagularum signaturas quæ vocantur præeunte nonnunquam Eberto et initiales litteras vel spatio relicto omissas vel coloribus depictas accurate indicavi, fontes, ex quibus plenior horum librorum cognitio haurienda est, post descriptionem singulorum librorum annotavi, testimonia de prioribus singulorum voluminum possessoribus diligenter enotavi et in indice possessorum digessi, denique a quibus bibliographis libri a me descripti laudarentur significavi.

Restat ut gratias agam quam maximas Eugenio Abel viro doctissimo, qui me consilio suo iuvat atque adeo libros ad unum omnes cum mea descriptione contulit.

PARS I.

LIBRI CUM LOCI ET ANNI NOTA.

Országos Széchényi Könyvtár

1.

1469. Augustæ Vindelicorum.

Aurbach (Johannes de). Summa de Sacramentis.

Fol. 1^a vacat. Fol. 1^b tabula sic inscr.: Pro capitulis libri facilius requirendis. *F. 2^a:* Summa magistri. Iohannis. De || aurbach. Vicarij. Bambergensis. || *In fine fol. 49^b:* Finit libellus diuina ecclesie sacramenta. que numero septem. et alia || quamplurima secum versans persalubria. pro viris ecclesiasticis maxime || curatis. subditorum animabus providere habentibus. cui titulus in capite fulgidus. || a Ginthero zeiner de Reutlingen. artis huius ingeniose magistro. || in vrbe augustensi impressus feliciter. A partu virginis salutifero || anno currente. Millesimo quadringentesimo sexagesimonono.

Országos Széchényi Könyvtár

Fol. char. goth. s. s. c. et pag. num. 49 foll. 35 lin. c. litteris initialibus coloratis.

Maitt. I. p. 281.; Zapf A. I. p. 4.; Seemiller I. p. 22. IV.; Denis Suppl. p. 3. No. 7.; Panzer I. p. 99. 2.; De la Serna Santander II. p. 133. 191.; Laire I. p. 69. 3.; Dibdin III. p. 171. 623.; Ebert I. p. 120. 1401.; Hain I. I. p. 266. 2124.; Brunet I. p. 569.; Holtrop p. 387. 374.

2.

1470. Augustæ Vindelicorum.

Josephus Flavius. Opera. Latine.

F. 1^a: Iosephi historiographi viri clarissimi prologus || in libros antiquitatum viginti incipit feliciter. *F. 2^a col. 2:* Iosephi antiquitatis iudaice || liber primus incipit feliciter. *F. 201^b col. 2:* Iosephi historiographi viri clarissimi. libri || antiquitatum numero viginti. per Johannem || Schüsler. ciuem, Augustensem finiunt feliciter || non scriptorum quidem arte. sed qua nostra || tandem etas dotata est. impressoria scilicet exarati. || Anno a natiuitate cur-

rente dominica, Mille=||simoquadringentesimoseptuagesimo. kalendas || vero iulias quarto. *F. 202**: Iosephi de bello iudaico prologus || in libros septem incipit feliciter. *Fol. 203**: Iosephi historiographi viri clarissimi de || bello iudaico liber primus incipit feliciter. *In fine f. 287^b col. 1.*: Iosephi historiographi viri clarissimi. libri || de bello iudaico septem. finiunt feliciter. per. Jo-|| hannem schüssler ciuem Augustensem impressi. || kalendas septembris decimo. Anno vero a partu || virginis salutifero. Millesimoquadringentesimo || septuagesimo. || Laus optimo maximo.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. c. init. lit. coloratis et primo folio affabre picto. 287 foll. 2 col. 50 lin.

Exemplar olim Comitis Ferdinandi de Egger.

Maitt. I. p. 299.; *Zapf A. I. p. 6.*; *Seemiller I. p. 22—24. 4.*; *Denis Suppl. p. 5. 14.*; *Laire I. p. 223. 12.*; *Panzer I. p. 100. 5.*; *Dibdin. II. p. 98—101. 271.*; *Ebert I. p. 892. 10906.*; *Hain II. 1. p. 165. 9451.*; *Brunet III. p. 569.*

Editio princeps. Textum græcum primus edidit Arnoldus Perixylus Arlenius Basileæ apud Frobenium anno 1544. ex codd. mstis Diog. Hurtadi Mendozæ. — Versio Cassiodoro tribuenda est, non Rufino, cui a multis ascribitur. Vide Muratori Antiqu. Italic. III. p. 920.

3.

1471. Augustæ Vindelicorum.

Rodericus Sanctius, Episc. Zamorensis. Speculum Vitæ Humanæ.

*F. 1**: Ad sanctissimum et. B. dominum. dominum Paulum secundum || pontificem maximum. liber incipit dictus speculum vite || humane. Quia in eo cuncti mortales in quouis fuerint || statu vel officio spirituali aut temporali speculabuntur eius artis || et vite prospera et aduersa : ac recte viuendi documenta : || editus a Rodorico (*sic*) zamorensi et postea calagaritano || hispano eiusdem sanctitatis in castro suo sancti angeli castellano. *In fine f. 125^b*: Finit liber dictus Speculum vite humane. quia in eo et || cesareæ potestas. et regalis dignitas. bubulcorum etiam || genus sibi speculatur saluberrima simul spiritu alisque vite || viros secum aduehens. papam scilicet cardinales. arciepiscopos. || clericos. et ceteros ecclesie ministros : rectam et his speculandi || prescribendo normam. a Ginthero zainer ex Reutlingen || cui progenito. vrbe autem commanenti Augustensi : arte || impressoria in medium feliciter deditus : Anno a partu || virginis salutifero Milesimo quadringen-

tesimo sep=||tuagesimoprimo: ydus vero Ianuarias tercio. *Fol. 126^a—128^b Repertorium sive Tabula. Fol. 128^b: Explicit brevis tabula siue repertorium || per alphabetum in presenti libro Speculum || vite humane nuncupato.*

Fol. char. goth. mai. s. s. c. et pp. nn. 128 foll. 35 lin. c. litt. init. pict. Folia a manu coëva minio numerata sunt.

Maitt. I. p. 305.; Zapf A. I. p. 10.; Seemiller I. p. 33. 18.; Laire I. p. 351. 31.; Panzer I. p. 100. 6.; Santander III. p. 336. 1202.; Ebert II. p. 634. 19226.; Hain II. 2. p. 224. 13940.; Holtrop p. 388. 377.; Brunet IV. p. 1344.

In fronte fol. I hæc nota manu sæc. XVIII. scripta legitur: «Bibliothecæ Augustinianæ Conuentus Leodiensis in Aureto».

4.

1471. Venetiis.

C. Iulii Cæsar. Commentarii.

F. 1^a. CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIORVM LIBER || PRIMVS DE BELLO GALLICO AB IPSO CONFECTO. F. 57^b lin. 19: A. HIRTII IN NOVISSIMVM COMMENTARIVM BELLI || GALLICI PRAEFATIO. F. 58^a lin. 4: A. HIRTII BELLI GALLICI COMMENTARIVS NOVIS=||SIMVS. F. 66^a lin. 6.: CAII IVLII CAESARIS BELLI CIVILIS POMPEIANI || COMMENTARIVS PRIMVS. F. 108^b: CAII IVLII CAESARIS BELLI ALEXANDRINI OPII || AVT HIRTII COMMENTARIVS QVARTVS. F. 122^b lin. 7: CAII IVLII CAESARIS BELLI AFRICI OPII AVT HIR=||TII COMMENTARIVS QVINTVS. F. 139^a lin. 19.: CAII IVLII CAESARIS BELLI HISPANIENSIS OPII || AVT HIRTII COMMENTARIVS SEXTVS. In fine. f. 146^b: CAII IVLII CAESARIS COMMENTARIOS BELLI GALLICI: || CIVILIS POMPEIANI: ALEXANDRINI: AFRICI: AC HIS=||PANIENSIS NICOLAVS IENSON GALLICVS VENETIIS || FELICITER IMPRESSIT. M. CCCC. LXXI.

Fol. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 146 foll. 39 lin. Exemplar nitidum optime conservatum cum literis initialibus more italico sæc. XV. pictis. In margine folii primi est pictura simili modo exarata. In ima parte eiusdem folii in campo albo stemma ignotum serto virido circumdatum conspicitur, arboris truncum cum ramis et tribus radicibus exhibens.

Maitt. I. p. 303.; Laire I. p. 331.; Panzer III. p. 76. 48.; Santander II. p. 261. 366.; Dibdin I. p. 289.; 145. Ebert I. p. 255. 3248.; Hain I. 2. p. 5. 4213. Secundum Schweigerum (II. I. p. 39.) editionis huius foll. 1 et 148 vacant; nostrum exemplar his duobus foliis caret.

5.

1472. Augustæ Vindelicorum.

**Cassiodorus (M. Aurelius). Historia Tripartita Ecclesiastica
Ex Socrate, Sozomeno et Theodoretō.**

F. 1^a: In hoc corpore continentur triperite (*sic*) historie ex Socrate Sozomeno || et Theodorico in vnum collecte et nuper de greco in latinum translate || libri numero duodecim. *Sequitur* «præfatio senatoris serui dei.» *Post hanc* «incipiunt tituli triperite historie etc.» *F. 2^a incipit opus*: () Erunt antiquis principibus: etc. *In fine f. 192^a*: Historie triperite libri numero duodecim. iam domino prestante fi||niunt feliciter. Non quidem cirographati; Sed ipsa. que a summo de||missa est. arte; Per Johannem Schüssler regie vr̄bis Augustensis ci||uem quam diligenter impressi. Anno salutifere incarnationis Christi || Hiesu. Millesimoquadringsesimo septuagesimosecundo; Circiter || nonas februiarias, Laus almipotentī, Amen.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 192 foll. 35 lin. c. lit. init. pict. *Maitt. I. p. 311.*; *Zapf A. I. p. 15.*; *Seemiller I. p. 37. No. 2.*; *Laire I. p. 269. 15.*; *Panzer I. p. 102. 13.*; *Santander II. p. 276. 390.*; *Dibdin III. p. 244. 662.*; *Ebert I. p. 283. 3650.*; *Hain I. 2. p. 53. 4573.*; *Brunet I. p. 1620.*; *St. Gallen p. 59. 370.*

F. 2^a hæc nota manu sæc. XVI. scripta legitur: «Ex libris Monasterii Ebersdorfensis (?)».

6.

1472. Romæ.

Bonifacius VIII. Pont. Max. Liber VI. Decretalium.

F. 1^a col. 2: () Onifacius epis||copus seruus ser||uorum dei. etc. *Apparatus incipit*: () Via preposterus est ordo. prius humana || subsidia petere. etc. *In fine f. 176^a col. 2*: Presens huius sexti decretalium preclarum || opus. per uenerabiles uiros. Leonhardum || pflugel et Georgium lauer. Rome impressum || Anno domini. M. CCCC. LXXII. die vero XXIII. || mensis octobris. Pontificatus. S. in Christo || patris et domini nostri domini Sixti diuina prouidentia || pape Quarti. Anno eius secundo. finit feliciter.

Fol. textus char. goth. glossa char. rom. minusc. s. s. c. et pp. nn. 176 foll. (in hoc exemplari 66—71 foll. desunt) 2 col. In glossa 64—65 lin., c. lit. init. colore rubro et cæruleo pictis.

Maitt. I. p. 312.; Panzer II. p. 433. 96.; Santander II. p. 238. 330.; Hain I. I. p. 493. 3589.; Brunet I. p. 1100. apud quem in subscriptione falso «23. mensis octobr.» legitur; in nostro sane exemplari numerus romanus XXIII. clare impressus est.

7.

1473. Augustæ Vindelicorum.

**Aegidius Columna s. De Roma. De Regimine Principum
Libri III.**

Fol. 1^a: Prologus in librum de Regimine principum. editus a fratre Egidio romano. ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini incipit feliciter. Sequitur tabula capitulorum inde a fol. 1^a col. 2 usque ad fol. 4^a col. 2 lin. 13. — Fol. 4^b vacat. F. 5^a incipit opus: Quis sit modus procedendi in regimine principum Ca. 1. In fine f. 129^a col. 2: Egidii romani. Libri numero tres de regimine principum. Arte quidem impressoria exarati finiunt feliciter. Anno a partu virginis salutifero. Millesimoquadringentesimoseptuagesimotercio. Vice sima septima mensis Junii:

Fol. char. rom. s. s. c. pp. nn. et nom. typ. 129 foll. 2 col. 54 lin. c. lit. init. xylograph. coloratis. Tituli columnarum litt. maiusc. pp. superpositi sunt.

Maitt. I. p. 331.; Zapf A. II. p. 212.; Panzer I. p. 103. 20. (Günth. Zainer. Aug. Vind.); Santander II. p. 6. 6.; Ebert I. p. 12. 122.; Hain I. I. p. 14. 107 (Günth. Zainer. Aug. Vind.); Brunet I. p. 57.

8.

1473. Laugingen.

Augustinus (S. Aurelius). De Consensu Evangelistarum.

F. 1^a: Liber beati. Augustini ypponensis episcopi de Consensu evangelistarum. partitus in quatuor libros incipit feliciter. ()Nter omnes diuinas auctoritates etc. In fine f. 106^b: Liber. Beati. Augustini. Ypponensis. Episcopi de Consensu evangelistarum. explicit feliciter. In ciuitate. Laugingen. Impressus. Anno a partu virginis salutifero. Millesimoquadringentesimoseptuagesimotercio. Pridie. Idus. Aprilis. F. 107. vacat.

Fol. semig. char. s. s. c. 107 foll. 37 lin. c. lit. init. xylogr. pictis.

Maitt. Ind. p. 499.; Götze II. p. 515.; 690. Panzer I. p. 470. I. («Nomen typographi latet. Est forte opus transeuntis cuiusdam opificis.»)

Santander II. p. 124. 180 (falso 135 foll.); *Ebert I. 119. 1380.*; *Hain I. 1. p. 249. 1981.* (106 foll.); *Falkenstein p. 173.*; *Reichhart p. 9.* (106 foll.).

Bibliographi hoc opus 105 vel 106 foliis constare falso referunt nam cum folio ultimo vacuo opus folia 107 numerat.

9.

1473. Ulmæ.

Boccacius (Joannes). Compendium de Præclaris Mulieribus.

F. 1—2 tabula: «Libri Iohannis Boccacij de Certaldo de mulieribus claris ad andream de acciarolis de florentia alteuille comitissam Rubrice incipiunt feliciter. *F. 3^a* (*c. num 1.*): Iohannes boccacius de Certaldo mulieri clarissime || andree de acciarolis de florentia alteuille comitisse. *F. 118^a*: Conclusio; *In fine eiusdem folii legitur colophon*: Liber Iohannis boccacij de certaldo de mulieribus claris, || summa cum diligentia amplius solito correctus, ac per || Iohannem czeiner de Reutlingen, vlme impressus finit || feliciter. Anno domini M^o cccc^o lxxiij.

Fol. char goth. s. s. c. cum. numeris foll. 2 non num. +116 num. = 118 foll. litt. init. et figg. pictis ligno incisis.

Maitt. I. p. 322.; *Freytag An. p. 132.*; *Zapf Sch. p. 49. 5.*; *Laire I. p. 294. 2.*; *Punzer III. p. 528. 3.*; *Santander II. p. 218. 301.*; *Dibdin IV. p. 580—587.*: «There are also very few books of the same date, which display equal spirit of execution; and if the printer had shewn the skill of modern typographers in working the blocks, very little would have been wanting to render this a brilliant, as well as an interesting production of early art.» *Ebert I. p. 210. 2596.*; *Hain I. 1. p. 456. 3329.*; *Hassler p. 95. 21.*; *Reichhart p. 18.*; *Brunet I. p. 990.*

10.

1473. Ulmæ.

Durantus (Guillelmus). Episc. Rationale Divinorum Officiorum.

F. 1^a col. 1: «Rationalis (diuinorum offitiorum) libri registrum || sub numero foliorum Rubricas per ordinem bre|| uissime enumerans, etc. *F. 1. 2. Index. F. 3^a* (*quod ornamento ligno inciso decoratum est*) *col. 1*: Rationale diuinorum || offitiorum incipit. *In fine f. 269^a col. 1*: Rationalis presens diuinorum officiorum liber capita||lium decoratus venustate ast rubricacionibus || accuratius distinctus. Per discretum iohannem || zei-

ner ex Rütlingen procreatum vrbe Vlm || commorantem cum diligentia impressus. Cum || trinitatis summe et indiuidue adiutorio consum||matus Anno domini Millesimo quadringentesimo || septuagesimo tercio, die tercio vero decembris.

Fol. mai. char. goth. s. s. c. cum num. foll. 2 non num. + 267 num. = 269 foll., 2 col. 50 lin. Folium ultimum typographi errore CCLXIII numeratur. Hoc opus ex 267, non 266 foliis numeratis constat, altera enim folii 78. pagina fol. LXXIX. signatum est.

Maitt. I. p. 322. et p. 332. nota; Zapf Sch. p. 53. 7.; Laire I. p. 300. 9.; Panzer III. p. 528. 2.; Santander II. p. 387. 565.; Ebert I. p. 508. 6515.; Hain I. 2. p. 291. 6474. qui 2 foll. non num. + 264 foll. num. numerat; Hassler p. 96. 20.; Brunet II. p. 905.

In tegumento libri tabula xylographica picta coeva resurrectionem Domini exhibens agglutinata est.

11.

1473. Ulmæ.

Petrarca (Franciscus). Epistola de Insigni Obedientia et Fide Griseldis.

F. 1.^a c. ornam. xyl.: INCIPIT. EPISTOLA. FRANCISCI. PETRAR||CHE. DE. INSIGNI. OBEDIENTIA. ET. FIDE. || VXORIA. GRISELDIS. IN. WALTHERVM. Deest fol. 10, in quo hoc colophon legitur: «Vlme impressum per Iohannem zeiner de || Reutlingen Anno domini. 1.4.7.3.

Fol. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 10 foll. (in hoc exempl. 9.) 29—31 lin. c. lit. init. xylogr.

Maitt. I. p. 329.; Zapf Sch. p. 48. 4. qui falso fol. 19. commemorat; Laire I. p. 310. 17.; Panzer III. p. 529. 4.; Santander III. p. 254. 1082.; Ebert II. p. 366. 16460.; Hain II. 2. p. 86. 12814.; Hassler p. 95. 18.; Brunet IV. p. 569.

12.

1474. Augustæ Vindelicorum.

Vincentius Bellovacensis. Ord. Praed. Speculum Historiale. I. II. III.

Vol. I. F. 1.^a: Incipit Prologus Fratris Vincenneij de || Burgundia Ordinis predicatorum in librum || qui dicitur Speculum Hystoriale. Dilecto deo et hominibus etc. F. 7. col. 2. lin. 27.: EXPLICIT PROLOGVS || Incipit Liber Primus Speculi Hystoria- || lis. Qui continet Omnium temporum hystoriam. In fine f. 326^a.

col. 2.: Explicit prima pars speculi historialis vin||cencij continens libros decem. *F. 326^b vacat. F. 327^a col. 1*: Incipit Registrum capitulorum prime partis spe||culis hystoriali fratris vincencij de burgundia || *F. 335^b col. 2*: Explicit registrum capitulorum decem librorum || prime partis speculi hystopealis (*sic*) fratris vin||cencij. *F. 336 vacat.*

Vol. II. F. 1^a: Incipit Registrum secunde partis, spe||culi hystorialis Vincencij. *F. 9^b col. 2*: Explicit registrum secunde partis speculi hy||storialis vincencij. *F. 10^a*: Incipit speculi hystorialis Vincencij pars se||cunda. Liber vndecimus. De imperio Va||leriani et Galieni et passione sancti dyonisij || alexandrini. Eusebius in cronicis. Capitulum. primum || () OMANORVM igi||tur *etc.* *F. 331^a col. 2*: Secunda pars speculi hystorialis fratris vin||cencij. Et vicesimusprimus liber in ordine to||ltius voluminis finit feliciter.

Vol. III. F. 1^a: Incipit Registrum tercię partis, speculi || hystorialis Vincencij. *F. 10^b col. 2*: Explicit Registrum. *F. 11^a*: Tercia pars speculi hystorialis fratris vincencij || Et vicesimussecundus liber in ordine totius || voluminis Incipit feliciter. || De Imperio mauricii *etc.* *F. 371^b col. 1*: Explicit tricesimus || primus liber : . :

Codicis insignis quin periodus quoque finis

Fauste nunc annotatur agente deo.

In partes hunc sectum tres augustaque lector

Impressa litera dedit ecce tibi.

Hystorie seriem cuiusuis complicat in se.

Hystoricum speculum cui bene nomen erit

Illustris sententia tempore quolibet apto

Omnis et inseritur florida queque viri.

Auctoris nomen Vincentius. ordine fertur

Prediqueator. burgundia sed patria.

M. cccc. lxxiiij.

Fol. mai. s. s. c. pp. num. et typ. n. P. I. 336 foll., II. 331 foll., III. 371 foll. 2 col. 32 lin. c. lit. init. pict.

Maitt. I. p. 342. «per Io. Fust. Mogunt. 1474.» falso, nam hæc editio Augustæ Vindellicorum in monast. S. Udalrici et Afræ impressa est. Vide *Zapf A. I. p. 31.*: «Auch dieses ungeheure historische Werk, so gut als es jene Zeiten zugelassen haben, und der Geschmack gewesen ist, soll ebenfalls in der Druckerey zu St. Ulrich in Augsburg gedruckt worden seyn. — Wenn ich annehme, dass sich der Dichter in dem dritten Verse einige Freyheit herausgenommen, und das

Wort augusta Augsburg bezeichnet, so könnte mans dem Kloster zueignen. Wenigstens sprechen Stengel und Khamm in ihren bekannten Werken dem Kloster das Wort. In Zweifel kann es nicht wohl gezogen werden. Warum aber das Kloster bei keinem der Werke, das aus derselben Presse gekommen ist, den Ort Augsburg und das Kloster selbst bemerkt hat, weiss ich nicht, und schwerlich wird man es in demselben selbst sagen können, denn die Freyheit zu drucken wird das Kloster damals eben so gut gehabt haben, wie die Stadt, sonst hätte man sich schon bei Erkaufung der Druckerey widersetzt.» *Panzer* I. p. 104. 24. (Aug. Vind. Mon. Udalr. et Afr.); *Denis Suppl.* p. 786. 324. ex annunciatione operis, quam thecæ codicis cuiusdam interius adglutinatam invenit, librum Augustæ in monasterio Udalrici et Afrae impressum esse demonstrat. Literæ Sorgianæ sunt, unde Typographeum prædicti Monasterii aut eadem cum Ant. Sorgio formas habuit, aut Sorgium ad excudendum istud opus conduxit. *Ebert II.* p. 1034. 23613. Apud *Hainium* deest. *Brunet V.* p. 1256.

In fronte primæ paginæ unius cuiusque voluminis hæc inscriptio legitur: «Monasterij Ochsenhausani». Partis I. II. huius operis duo exemplaria habemus.

13.

1474. (Esslingæ.)

Gorichem (Henricus de), Ord. Min. Tractatus de Prædestinatione et Reprobatione Divina.

F. 1^a: Tractatus de predestinatione et reprobacione diuina || Magistri heinrici de gorichem sacretheologie professoris etc. *F. 9^a*: Explicit tractatus de predestinacione et reprobacione diuina com||pilatus per venerabilem virum heinricum de gorihem in ar||tibus magistrum. ac sacre theologie professorem eximium jn alma || vniuersitate studij coloniensis. Anno domini m. cccc. lxxiiij *Fol. 9^b*: Incipit tractatus magistri heinrici gorichem || de symonia circa sepulturam accidente *F. 15^b*: Incipit determinacio quotlibetica magistri johannis de mechilinia doctoris eximij *F. 19^a lin. 13*: Explicit determinacio quotlibetica magistri Johannis || de Mechilinia doctoris eximij coloniensis. *F. 19^b*: Contenta huius opustuli (*sic*). *F. 20^a*: De valore et vtilitate missarum pro defunctis celebratarum per sacre theologie pro||fessorem Jacobum ordinis Carthusiensis. edita *F. 26^a lin. 15*: Et sic est finis huius operis. anno m. cccc. lxxiiij. *F. 26^b*: Vtrum perfecta dei opera possint impediri demonis || malicia. Contra primum arguitur sic. *In fine f. 28^b lin. 23*: Explicit determinacio Eximij et disertissimi doctoris sacre the||ologie Magistri johannis de mechilinia habita in uniuersitate co||loniensi in sco'is artistarum in quotlibet.

Fol. goth. char. s. l. et typ. n. s. s. c. et pp. num. 28 foll. 36—38 lin. c. lit. init. pict.

Denis Suppl. p. 37. n. 227.; Zapf Sch. p. 178. 18.; Laire I. p. 338.; Panzer I. p. 380. 4.; Hain I. 2. p. 486. 7805 (Esslingæ Conr. Fyner). Denique St.-Gallen Bibl. p. 104. 627., ubi liber tanquam loco et anno impressionis carens affertur. A plurimis bibliographis autem, quibus ego quoque assentior, liber anno 1474 non solum scriptus sed etiam impressus esse putatur.

14.

1474. Romæ.

Lactantius (Lucius Cœlius Firmianus). Opera.

F. 1^a: Johannis Andreae Episcopi Aleriensis ad Paulum || II. Venetum Pont. Max. epistola. Data est: Romae anno natalis dominici M. CCCC. LXX. Pontificatus tui floridissimi Anno Sexto. F. 1^b: Lactantii Firmiani de diuinis institutionibus || aduersus gentes rubricæ libri primi incipiunt. Sequuntur rubricæ omnium Lactantii operum. F. 11^b: Lactantii Firmiani errata primi libri quibus || ipse deceptus est. per fratrem Antonium Rau||densem theologum collecta et exarata sunt. Sequuntur septem librorum errata ab eodem collecta. F. 13^b: His carminibus frater Adam genu||lensis increpat fratrem Antonium. F. 14. vacat. F. 15^a: Ad R. P. D. Dominicum Episcopum Brixien||sem. S. D. N. Papae Vicarium Lactantii Firmia||ni emendatio per Angelum Cneum Sabinum || Poetam laureatum. F. 15^b: Lactantii Firmiani institutionum diuinarum aduersum || gentes Libri primi præfatio. ad Imperatorem Constantinum || Quanta sit. et semper ueritatis appetitio fuerit. quodque nec || sine religione sapientia. Nec sine sapientia sit probanda reli||gio. Capitulum primum. F. 214^b: Diuinarum institutionum aduersus gentes Lactantii || Firmiani liber septimus atque ultimus explicit. || Lactantii Firmiani de Ira dei ad Donatum || Liber Incipit. F. 235^a: Lactantii Firmiani de opificio dei uel for||matione hominis Liber. ad Demetrianum || auditorem suum. F. 253^b: Lactantii Firmiani De Phœnice Carmina, quibus f. 256^a subiunguntur Oridii Dantæque de Phœnice loci præclari. F. 256^a: Lactantii Firmiani de resurrectionis dominicæ die. In fine f. 257^b: Praesens Lactantii Firmiani præclarum opus: Alma in urbe || Roma totius mundi regina et dignissima imperatrice: quæ || sicut caeteris urbi-

bus dignitate praeest: ita ingeniosis uiris || est referta: non attramento plumali calamo neque stilo aereo: || sed artificiosa quadam adinuentione imprimendi seu ca||racterizandi sic effigiatum ad dei laudem industriaeque est || consumatum. per Vdalicum Gal-
lum Alamanum et Symonem || Nicolai de Luca. Anno domini. MCCCCLXXIII. Die || uero XII. mensis Februarii. Pontificatu uero Sixti diuina || prouidentia Papae quarti anno eius tertio. *F. 258. caeteroquin vacuum excisum est. F. 259**: Registrum huius libri.

Fol. char. rom. maiusc. s. s. c. et pp. nn. 259 (in nostro exempl. 258) foll. 37 lin. c. lit. init. pict.

Maitt I. p. 332.; Laire Typogr. Rom. p. 202.; Laire I. p. 341. 29.; Panzer II. p. 444. 142.; Santander III. p. 93. 825.; Dibdin I. p. 214. 97.; Ebert I. p. 954. 11594.; Hain. II. I. p. 225. 9811.; Brunet III. p. 375.

Hunc librum Comes J. Teleky anno 1833. pro 50 florenis Mon. Conv. a Matthæo Kupptsch bibliopola Vindobonensi emit.

15.

1474. Ulmæ.

Berchorius (Petrus) S. Ord. Bened. Liber Bibliæ Moralis.

*F. I**: Liber biblie moralis expositionum || interpretationum-
que, historiarum ac || figurarum, veteris nouique testamenti || per-
optimus incipit feliciter. *In fine f. 266* col. 2*: Infinita dei ele-
mentia. Finitus est || liber moralizationum biblie in eiusdem ||
laudem et gloriam compilatus. ac per in||dustrium Iohannem
zeiner de Reutlingen || artis impressorie magistrum (non penna
sed || stagnis characteribus) in opido Vlmensi artificialiter effiga-
tus. Anno incar||nationis domini Millesimoquadringentesimo-||
septuagesimoquarto: die vero aprilis nona.

Fol. mai. char. goth. s. s. c. et pp. n. 266 foll. 2 col. 50 lin. c. lit. init. ligno incis. et cum tit. column.

Maitt. I. p. 341.; Denis p. 35. 207.; Zapf Sch. p. 60. 9.; Panzer III. p. 529. 5.; Ebert I. p. 165. 2041.; Hain I. I. p. 362. 2794.; Brunet I. p. 818.

Hic liber olim «Locī FF. Capucinatorum Imenstadī» erat.

16.

1475. Burgdorf.

**Jacobus de Clusa. Tractatus de Apparitionibus Animarum
post Exitum Earum a Corporibus etc.**

F. I^a: Tractatus de apparitionibus animarum post exitum || earum a corporibus. et de earundem receptaculis. editus || in erd-
fordia ab excellentissimo viro Iacobo de Clusa || ordinis cartusien-
sis. sacre pagine professore doctissimo. || ()ogamus vos ne etc.
In fine f. 25^b expl.: benedictus in secula. Amen. *F. 26^a*: Ex-
plicit tractatus eximii doctoris Iacobi de clusa || ordinis cartusien-
sis de apparitionibus et receptaculis || animarum exutarum. impres-
sus in opido Burgdorf Anno || domini millesimoquadringentesimo-
septuagesimoquinto || *Sequitur* Ordo foliorum.

Fol. char. goth. mai. s. s. c. pp. num. et typ. n. 26 foll. 33 lin. Lit-
teræ initiales pictæ sunt.

Maitt. I. p. 356.; *Seemiller I. p. 69. 7.*; *Pfeuffer Beytr. I. p. 127.*
n. XII. ubi plura de hoc libro reperies. Ille verisimile putat, hunc
librum Burgdorf in Helvetia Bernensis ditionis oppido impressum esse.

Laire I. p. 358. 13.; *Panzer I. p. 266. 1.*; *Santander II. p. 338.*
491.; *Ebert I. p. 373. 4848.*; *Hain I. 1. p. 152. 9349.*; *Falkenstein p.*
271.; *Holtrop p. 480. 857.*; *Reichhart p. 5.*; *Brunet II. p. 111.*

In inferiore parte folii 26^a legitur nomen antiqui possessoris manu
sæc. XVI. minio inscriptum: «M. Eüsebius Begerus Reutlingensis est
meus possessor». A. 1841 Matthæus Kuppitsch bibliopola Vindobonensis
M. Comiti Sam. Teleky pro 24 flor. Conv. Mon. vendidit.

17.

1475. Esslingæ.

**Niger (Petrus). Contra Perfidos Judæos de Conditionibus
Veri Messiæ.**

F. I^a: Ad Reuerendissimum in Christo patrem ac domi-
num. sancte ecclesie Ratispo||nensis Episcopum. Prefacio fratris
petri Nigri. Ordinis predicatorum In || tractatum contra perfidos
Iudeos de condicionibus veri messie id est Christi uel vncti || ex
textibus hebraicis. latinorum elementis utcunque figuratis confectum
felici-||ter Incipit || EAque ad honorem sanctissime etc. *F. 43^b*
expl.: publico sermone depinxi. Acta autem sunt hec In inclita
ciuitate || Ratisponensi. Anno domini millesimo CCCCLxxiiii.

tempore paschali || Explicit tractatus Ad Iudeorum perfidiam ex-
stirpan||dam confectus per fratrem Petrum Nigri Ordinis predi||
catorum Vniuersitatum Montispessulani in francia. sala||mantine
in hispania. friburgensis ac Ingelstetensis In || Alamannia. situa-
tarum. Baccalarium In theologia forma||tum In lingua (*sic*) hebraica
proficientem Qui et ipso corrigen||te Inpressus (*sic*) est per discre-
tum ac Industrium virum Contra||dum Fijner de gerhussen. In
Esslingen Imperiali || villa. ac completus Anno ab Incarnacione
domini Millesimo || cccclxxv die sexta Junij *Folia sex quae nomina
librorum veteris testamenti, explicationem alphabeti hebraici et
decem praecepta decalogi hebraice latinis litteris impressa conti-
nent, in nostro exemplari post fol. 11. sequuntur.*

4^o mai. char. goth. mai. et min. s. s. c. et pp. nn. 49 foll. c. lit.
init. xyl. quorum plures expictæ sunt.

*Maitt. I. p. 345.; Freytag An. p. 634.; Seemiller IV. p. 2.; Zapf
Sch. p. 161. 3.; Laire I. p. 370. 33.; Panzer I. p. 380. 6.; Santander III.
p. 204. 1001.; Dibdin III. p. 432. 740.; Hain II. 1. p. 506. 11885.; Fal-
kenstein p. 173.; Brunet IV. p. 78.*

18.

1475. Ulmæ.

Aquino (Thomas de). Quæstiones de Duodecim Quodlibet.

F. 1^a: Incipiunt tituli questionum de duodecim quodlibet. ||
Sancti thome de aquino. ordinis predicatorum secundum ordinem ||
alphabeti assignati. *etc. F. 7^b:* Finiunt tituli Feliciter. *F. 8^a:*
Questiones de quodlibet sancti Thome de || aquino. ordinis fratrum
predicatorum incipiunt feliciter. || Articulus primus. || Quesitum est
de deo *etc. In fine f. 231^b:* in carcere vel alio modo. || Immensa
dei clementia finitur Quodlibet liber sancti || Thome de Aquino
ordinis fratrum predicatorum in eiusdemque || gloriam composi-
tus. Impressus Vlm per Iohannem czainer || de Rütlingen. Anno
domini. Millesimoquadringentesimo-||septuagesimoquinto. Pro
cuius consummatione Rex regum || laudetur in secula benedictus
Amen.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 231 foll. 34 lin. c. lit. init. ligno
incis., quæ non sunt expictæ.

*Maitt. I. p. 356.; Zapf Sch. p. 65. 13.; Panzer III. p. 531. 12.;
Hain I. 1. p. 167. 1403.; Hassler p. 100. 31.*

Fol. 231^b post colophon hæc annotatio coæva legitur: «liber iste

est fratris Iohannis Lehner (?) ordinis beate Marie de monte carmeli tunc temporis terminarius in Wolsperg et conventualis in Voyezperg». Et in tegumento libri a manu sæc. XVI: «Possessor huius libri est M. Iohannes Ant. Chumar Parochus in Nestlpach».

19.

1475. Ulmæ.

Rampigollius (Antonius), Ord. Fratr. S. Aug. Aurea Biblia.

F. 1—13^a tabula alph. quae incipit a verbo: (A)bstinentia valet ad multa. Explicit vocabulo: Zelus malus etc. F. 13^a lin. 12: Finiunt tituli feliciter. 13^b vacat. F. 14^a: Liber manualis ac introductorius in biblie historias || figurasque veteris ac noui testamenti peroptimus Aurea || biblia vocitatus Incipit feliciter. In fine fol. 158^a: Vigore infiniti entis explicit liber. bonus. et perutilis || Aurea biblia. ve. ac. no. te. appellatus. Vlm diligenter per || Iohannem zeiner de Rütlingen artificialiter effigiatus. || Anno legis gratie. M. cccc. lxxv. die altera post viti et || modesti martirum Cui sit honor et gloria in secula || seculorum. amen. etc.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 158 foll. 32—34 lin. c. lit. init. ligno incisus et pictis. In superiore margine capitulorum numeri notantur.

Maitt. I. p. 355.; Seemiller I. p. 68. 6.; Zapf Sch. p. 67. 15.; Laire I. p. 374. 39.; Panzer III. p. 530. 10.; Santander III. p. 311. 1166.; Hain II. 2. p. 190. 13681.; Brunet I. p. 246.; Hassler p. 99. 29.

20.

1475. Venetiis.

Ales (Alexander de) Ord. Min. Super Tertium Sententiarum.

F. 1^a: ()Ec est tabula questionum huius libri || tertii hic contentarum. etc. F. 8^a col. 2: Explicit tabula questionum super tertium Alexan||dri de Ales ordinis minorum. F. 8^b. Registrum. F. 9^a: ()Ota chri||stiane fidei disciplina || pertinet ad duo. etc. In fine f. 378^b col. 2: istud symbo||lum. Amen. || Hic finis prebetur operis solennis domini Alexan||dri de Ales ordinis minorum Theologi famo||sissimi super tertium sententiarum: quod peropti||me emendatum: Uenetiis impressionem ha||buit impensis Iohannis de Colonia sociique || eius Iohannis manthen de Gherezem An||no a natali christiano. M^o. CCCC^o. LXXV^o. F. 379 vacat.

Fol. char. goth. c. 2—4, + aa—Zs + aa—qq₄ sign. s. c. et pp. nn. 379 foll. 2 col. 52 lin. c. lit. init. pict.

Maitt. I. p. 345.; Panzer III. p. 108. 187. ubi falso 400. folia huic editioni tribuntur; Santander II. p. 40. 60.; Ebert I. p. 37. 401.; Hain I. 1. p. 72. 647.; Brunet I. p. 158.

In fronte folii primi legitur: «Conuentus Viennensis Ord. Præd.»

21.

1475. Venetiis.

Perotti (Nicolaus). Rudimenta Grammatices.

F. 1^a: CALPhurnius Brixienſis Antonio Moretto Brixienſi || Amicorum Optimo Sal. Pl. || () Vae ad altioris etc. *Expl.*: explodi se ſentient. || Vale. *F. 2^a*: NICOLAI PEROTTI PONT. SYPONTINI AD || PYRRHV̄M PEROTTVM NEPOTEM EX FRA||TRE SVAVISSIMVM RVDIMENTA || GRAMMATICES. *In fine f. 110^a*: Nicolai Perotti Pont. Sypontini Ad Pyrrhum Nepotem || ex Fratre Suauiffimum Rudimentorum Grammatices Finis. || Im- preſſum quidem eſt hoc opus per Magiſtrum Gabrielem Petri || de Taruiſio Maxima Arte ac diligentia Anno Chriſti. M. CCCC. || LXXV. Duodecimo Cal. Ianuarias.

4^o mai. char. rom. cum i—p_s ſign. (1—65 foll. carent ſign.) s. c. pp. nn. 110 foll. 36 lin. init. pictæ ſunt.

Denis Suppl. p. 53. 341.; Panzer III. p. 111. 210.; Hain II. 2. p. 65. 12648.; Brunet IV. p. 504.

22.

1476. (Augustæ Vindelicorum.)

Paulus II. Pont. Max. Regulæ Cancellariæ Apostolicæ.

F. 1^a: REGVLE ORDINATIONES. || et constitutiones Cancellarie Sanctiſſi||mi domini noſtri domini Pauli diuina proui- den||tia pape Secundi ſcripte et correcte in Can||cellaria Apoſto- lica. || SANCTISSIMVS IN CHRISTO || pater. etc. *F. 47^a*: Anno incarnationis domi-||nice MCCCCLXX. Pontificatus ſui anno Sep-||timo *F. 47^b et 48 vacant. F. 49^a—62^b haec ſequuntur: Bulla de beneficiis affectis, Iohannis Papæ XXII conſtitutio, Bene- dicti papæ XII. reſervatio ad regimen, bulla contra Simoniacos, bulla de caſibus reſervatis, privilegium curialium. F. 62^a: Ter- mini cauſarum in romana Curia ſervari || ſoliti In cauſa benefi-*

ciali. *F. 79^b*: Nulla petatur. || Explicit. *F. 80^a*: MODVS. VACANDI BENEFICI||ORVM. *F. 84^a*: vel instrumenta. || Explicit. *F. 84^b*: MODVS SERVANDVS || IN EXECVTIONE SEV. || Prosecutione gracie expectatiue. *F. 93^b*: non possunt alteri delegare. || Explicit. *F. 94^a*: REGVLE ORDINATIONES || et constitutiones Cancellarie Sanc||tissimi domini Nostri domini Sixti. || diuina prouidentia Pape Quarti. scri||pte et correcte in Cancellaria apostolica. *F. 114^b*: Lecte et publicatę fuerunt supras cripte (*sic*) || regule Ro. in Cancellaria apostolica die. || Martis. xxvii. Mensis Augustii (*sic*) Anno. d. || M. cccc. lxxi. Inditione quarta. Pontifica||tus S. D. N. D. Sixti Pape Quarti Anno. || primo G. de puteo et in audientia Con||tradictarum die Mercurii secunda Octo||bris Anno et pontificatus vt supra Or. || De Vrsinis locumtenens. || Explicit. M. cccc. lxxvi. *F. 115^a*: INCIPIT KAROLINA. || Super libertate Spiritualium. || personarum ac Ecclesiarum Emunitate. *F. 123^a*: CONSTITUTIONES IN || KAROLINA CONTENTE. || Modo vulgari sequitur. *F. 129^a*: COMPACTATA PRINCI||PVM TAM SPIRITVALI||um quam secularium super Electione || prelaturarum Ac Collatione Beneficiorum. *F. 135^b*: DE PACIFICIS POSSESSIO||nibus non molestandis. *F. 136^a*: DE ASSIGNATIONE CON||grue porcionis et vicariis. *F. 137^b*: TENOR DECRETI. DICTI || Domini Legati de quo Supra fit || Mentio est Talis. *F. 139^a*: SECVNTRV INHIBITIO||nes secundum Theologos et Canones || sanctorum patrum etc. *F. 149^a*: PRONUNTIANTIBVS IN CAN||cellis literas apostolicas. Indulgentiarum || necesse est scire distinguere ac populo. || declarare Quid sit Quadragena. Septe||na Siue Carena Et in quibus differant || quod decretum est in concilio Basiliensi || in modum subsequentem. *Sequitur de institutione festi Corporis Domini, bulla Urbani IV., indulgentiae ab Urbano IV., Martino V. et Eugenio IV. concessae, transsumptum concilii Basil. litterarum Eugenii IV. circa easdem indulgentias et decretum eiusdem Concilii, quod term. F. 160^b*: Datum Basilee Quinto nonas Iulii An||no a natiuitate domini Millesimoquadringen||tesimotricesimoquarto In Christi ihesu domino||nostro Amen.

4^o s. l. et typ. char. goth. s. c. et pp. n., sed folia signantur in parte superiore primæ partis romano numero; scilicet post uniuscuiusque quinternionis quinque folia numerata sequuntur folia quinque non numerata;

primo folio sequentis quinternionis procedit numeratio. Quod tamen in prima tantum parte factum est; nam partes ceteræ inde a fol. 115^a, ubi Carolina incipit, signatūra omnino carent. Prima pars constat 114 foliis; ceteræ vero partes ex 46. Litteræ initiales non sunt expictæ.

Hoc opus satis rarum a Braunnio Augustæ Vindelicorum typis Güntheri Zainer impressum esse dicitur. A Grasio, Lairio, Panzero autem Johanni Wiener attribuitur. Zapf quæstionem in medio relinquit. Sed tabulam IV. operi Grasio additam spectantibus, formam characterum sub numero 17. allatorum typis huius libri simillimam esse facile apparebit, qui characteres Wineriani sunt, quod coniecturam illorum bibliographorum confirmat. *Hain* quoque huic typographo ascribit. *Panzerus* non tractat universum opus, sed singulas partes eius. Sic 1) Regulæ, IV. p. 231. 235^b. 2) Karolina, I. p. 138. 236. (8 foll.) et huius quoque latinam tantum editionem; mentionem versionis germanicæ non invenio, quamquam vol. IV. p. 150. 694. citat unam editionem secundum *Denisium*, qui vidit etiam versionem germanicam, et p. 598. 5233, hæc dicit: «Karolina. Latine, eadem in modo vulgari». Præterea istam editionem operis sub no 3) citati, quod «compactata principum» titulum habet, *Panzero* haud notam fuisse, vel inde elucet, quod *Denisio* auctore loco et anno carentem excitat, inter parenthesin autem «Romam» quasi locum impressionis subiungit; sed id ad aliam editionem spectare censeo. 4) Inhibitiones memorat *Panzerus* I. p. 139. 237, (10 foll.) 5). Pronunciantibus I. p. 139. 238. (12 foll.).

Laire I. p. 387. 12.; *Gras* p. 237. (foll. 30); *Zapf* *Augsb. Buchdr.* II. p. 248.; *Hain* II. 2. p. 41. 12489.

23.

1476. Basileæ.

Bonifacius VIII. Pont. Max. Liber VI. Decretalium cum Apparatu Johannis Andreæ.

Fol. 1^a col. 2^a rubro: Incipit liber sextus decreta||lium domini bonifacij pape. viij. || *Apparatus incipit eodem fol. col. 1. nigro*: ()Via preposterus est ordo. prius humana subsi||dia etc. *F. 161^v expl.*: pontificatus nostri anno quarto. *Apparatus explicat*: non noviter inchoatos. Dominus iohannes andree. *In fine f. 162^a sequitur tetrastichon rubro impressum*:

Pressos sepe vides lector studiose libellos
Quos eciam gaudes connumerare tuis
Si fuerint nitidi tersi si dogmata digna
Contineant. et sit littera. vera. bona.
Dispeream nisi inuenias hec omnia in istis
Quos pressit Wenzlers ingeniosa manus
Nam quecunque fuit hoc toto codice pressa
Littera. sollicito lecta labore fuit ||

Insigne et celebratissimum opus Bonifacij || octauū quod sextum decretalium appellant || In preclarissima vrbe basiliensi Ingenio et || arte Mihahelis (*sic*) Wenzslers Impressum feli||citer est finitum Anno domini septuagesimosexto post millesimum et quadringentesimum octauo ydus Iulij. *Scuta typogr.*

Fol. mai. char. goth. mai. et min. s. s. c. et pp. nn. 162 foll. 2 col. apparatus = 62 lin.

Götze I. p. 340. 372.; Denis Suppl. p. 60. 395.; Laire I. p. 385. 9.; Panzer I. p. 147. 7.; Hain I. 1. p. 494. 3594.; Stockmeyer u. Reber p. 10. 1.; Brunet I. p. 1100.; St. Gallen Bibl. p. 47. 296.

24.

1476. Mediolani.

C. Sallustius Crispus. Opera.

F. 1^a Sallustii Catilina incipit sine titulo: OMNES HOMINES QVI sese || student praestare caeteris animalibus: || *etc. F. 19^b*: atque gaudium agitabantur. || FINIS. *F. 20^a*: *Sallustii Iugurtha incipit sine titulo*: ()ALSO QVERITVR De na- || tura sua genus *etc. F. 57^b*: opes ciuitatis in illo sitae. || FINIS. *F. 58^a*: Oratio Lucii Catilinae responsiua in Marcum Tullium || Ciceronem ()Mnis homines qui in *etc. F. 62^b lin. 26*: Crispini Salustii oratoris clarissimi uita. || ()Crispus Salustius uir patricius ab ineunte aetate || *etc. F. 63^b lin. 23*: Crispi Salustii in M. T. Ciceronem inuectiua: || ()Rauiter: et iniquo *etc. F. 65^a lin. 7*: M. T. Ciceronis in Crispum. S. Responsio seu inuectiua || ()A demum magna voluptas. est *etc. F. 68^a*: ego honeste effari possum. || :. FINIS: . || Libello inscripta huic: si quispiam noscere petat || Primo Salustii Crispi libros duos eius esse attingere sciat || secundo orationem Catilinae responsiuam in. M. T. Ciceronem || Tertio Crispi Salustii oratoris clarissimi uitam || Quarto eiusdem in. M. T. Ciceronem inuectiuam || Quinto. M. T. Ciceronis in Crispum Salustium responsionem seu inuectiuam: quae finem eidem libello praebet. || Et quorum impensa in fine secundi Salustii Crispi insertum || fore uidetur. || Haec Crispi Salustii opera optime emendata Mediolani || fuere impreessa (*sic*): ductu et impensa Philippi Lauanii An-||no a natali christiano Mcccc Lxxvi quinto klas. Decembres. *F. 67^b registrum.*

Fol. char. rom. cum A₁—I₁₁ sig. s. c. et pp. n. 68 foll. 35 lin. Intt. lit. pleraeq̃ue non sunt expictae.

Maitt. I. p. 366.; Panzer II. p. 23. 60.; Ebert II. p. 690. 19947.; Hain II. 2. p. 260. 14204.; Schweiger II. 2. p. 865.; Brunet V. p. 82. In interiore parte tegumenti hæc inscriptio legitur: «Hanc editionem Salustii inventu raram possidet Christianus Gotthelf: Schmeiserus Alumnus in Gymnasio Fridericiano Altenburgi florente anno MDCCLXXVII».

25.

1476. Romæ.

Clemens V. Papa. Constitutiones.

Textus incipit rubro F. 1^a col. 1.: Incipiunt con||stitutiones Cle. || pape. V. una cum || apparatu domi||ni. Io. andree. || Deinde col. 2.: Iohannes episcopus || etc. F. 116^b col. 2: irritanus. Ex||plicit. deo gratias. F. 116^b vacat. F. 117^a col. 1: Expositio regule fratrum minorum. || () Xiui de paradiso. dixi ri || gabo etc. In fine f. 120^a col. 2: Datum Auinione. xiii. Kalen. decembris. Pontificatus || nostri anno secundo. || Presens Clementinarum con||stitutionum opus preclarum cum || glosis Io. an. iuris canonici || luminis. in alma urbe Ro||ma. tocius mundi regina dig||nissima. que sicut præceteris ur||bibus dignitate preest. ita ingel||niosis uiris est referta. non at||tramento. plumali. calamo. || neque stilo ereo. sed artificiosa || quadam adinuentione impri||mendi seu caracterizandi sic || effigiatum. ad dei laudem in||dustrieque est consumatum. per || Udalricum Gallum alias || Han alamanum ex ingelstat: || ciuem vienensem. Anno domini || M. CCCC. LXXvi. || die uero ultima mensis maij. || Sedente Sixto diuina pro||uidencia papa. iiii. pontifice maximo. F. 120^b vacat. F. 121^a Registrum.

Fol. mai. text. char. goth. appar. char. rom. s. s. c. et pp. n. 121 foll. 2 col. appar. 58 lin. Lit. init. sunt rubro et cæruleo colore expictæ. Miniator etiam inscriptionem columnarum minio exaratam addidit.

Denis Suppl. p. 60. 391.; Panzer II. p. 463. 232.; Hain I. 2. p. 164. 5420.

Tegumentum libri antiquissimum est e ligno factum; e cuius superiori parte catena dependet. Libro, qui olim «Ad Bibliothecam Egenburgensem. P. P. Franciscanorum lit. D. num. 118» pertinebat, præmissa est tabula manu scripta «anno dominice incarnationis 1478» in «Königsteyn» composita.

26.

1476. Rostockii.

Lactantius (Lucius Caelius Firmianus). Opera.

F. 1^a : Lactancij Firmiani de diuinis institutionibus || aduersus gentes rubrice primi libri incipiunt. || *Sequuntur rubricae omnium Lactantii operum.* *F. 9^b* : Lactantij Firmiani errata primi libri quibus ipse || deceptus est. per fratrem Antonium raudensem theo||logum collecta et exarata sunt. *F. 11^b lin. 9* : His carminibus : Frater Adam genuensis increpat fratrem Anthonium. *F. 12^a* incipiunt institutiones divinae sine ullo titulo : () Agno et excellenti (*sic*) ingenio viri cum sese doctrine pell||nitus dedidissent. etc.

F. 171^a lin. 20. : Diuinarum institutionum aduersus gentes Lactan||cij Firmiani liber septimus atque vltimus explicat. || Et sequitur eiusdem liber de ira dei ad Donatum || *F. 186^b* : vereamur iratum. Finit Liber De Ira Dei. *F. 187^a* incipit *Lactantii de opificio dei liber unus sine inscriptione* : () Nam minime si quietus etiam summis necessitati || etc. *F. 201^b lin. 8* : ad iter celeste direxerit. Deo Gratias. || Hieronimus de Illustribus viris. || Firmianus qui et lactantius etc. *Expl.* : interfectus est. *Fol. 202 et 203* in hoc exemplari desunt una cum colophone, ex quo elucet hoc opus per fratres presbiteros et clericos congregationis domus viridis orti ad sanctum Michaellem in oppido Rostockensi anno 1476 impressum esse. In inferiori parte huius folii manus recentior haec adscripsit : Hoc Conradus opus Suueynheim ordine miro || Arnoldusque simul Pannartz una eade colendi || Gente Teutonica Romae expedire sodales. || in domo Petri de Maximo || M. CCCC. LXVIII. » Quae ex editione ab Hainio sub nr. 9807 descripta sumpta sunt.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 203 foll. (in nostro exemplari autem 201, nam ultima duo folia desunt). 39 lin. Lit. init. sunt expictae. *F. 1^a* et *12^a* litterae initiales floribus ornatæ sunt, quæ sinistram et inferiorem partem folii occupant. Græca a typographis omissa sunt, relicto tamen his adscribendis spatio vacuo.

Maïtt. I. p. 359. ; *Seemiller I. p. 96. XV.* ; *Panzer II. p. 557. 1.* ; *Santander III. p. 93. 826.* ; *Dibdin IV. p. 522. 981.* ; *Ebert I. p. 954. 11595.* ; *Hain II. 1. p. 225. 9812.* ; *Reichhart p. 15.*

27.

1476. Venetiis.

Mammotrectus super Bibliam.

F. 1^a: Prologus auctoris in mamotrectum. || () Mpatiens proprie im- || *etc. In fine*: Expliciunt expositiones et correctiones || vocabulorum libri qui appellatur Mamo-||trectus tam biblie quam aliorum plurimorum || librorum. Impresse Venetijs per Franciscum de Hailbrun et Nicholaum de || Franckfordia socios. || MCCCCLXXVI || Laus deo. *Ult. fol. sequitur tabula librorum.*

4^o char. goth. cum a—y₄+1—3₅ sign. s. c. et pp. nn. Hoc exemplum mutilum est; nam constat e 203 foll. 2 col. init. 39 lin. Lit. expict. Habet titulos paginarum.

Maitt. I. p. 369.; *Panzer III. p. 116. 238.* (226 foll. !); *Ebert II. p. 26. 12891.* (226 foll. !); *Hain II. I. p. 334. 10557.* Exemplum a Panzero et Hainio descriptum fol. 1^a cum his verbis incipit: «Incipit vocabularius in Mamotrectum secundum ordinem alphabeti». Fol. 24^a sequitur «Prologus auctoris in mamotrectum»; ideo nostrum exemplum mutilum esse videtur.

28.

1477. (Augustæ Vindelicorum.)

Lumen Animæ seu Liber Moralitatum.

F. 1^a: Liber moralitatum elegantissimus magnarum || rerum naturalium Lumen anime dictus. cum || septem apparitoribus. nec non sanctorum doctorum || orthodoxe fidei professorum. Poetarum etiam || ac oratorum auctoritatibus. per modum pharatre (*sic*) || secundum ordinem alphabeti collectis. feliciter incipit. || *F. 2^a—46^b inveniuntur duae tabulae titulorum. F. 47. vacat. F. 48^a—50^a prologus et eodem folio lin. 14. incipit opus*: De Nativitate christi. Titulus I. *Explicit f. 248^b*: et ordinem non habent. *etc. F. 249^a—250^b tabula sequentis operis a miniatore «Tabula super libro Auctoritatum» inscripta. F. 251^a*: De Abiectione capitulum Primum. (*Miniator hunc titulum addidit: Incipit liber de auctoritatibus in sermonibus allegandis secundum tabulam immediate premissam et primo numero de abiectione secundum ordinem alphabeti.*) *In fine f. 348^a*: Liber lumen anime dictus feliciter explicit. Qui || (post diutinam occultationem diuina cooperante || gratia) non sine magnis laboribus. ad laudem omni-||potentis dei: totius-que triumphantis ecclesie hono-||rem et decorem: atque in ma-

iolem fructum ipsius militantis ecclesie piorum filiorum : simul-
que vtilita-||tem : stagnis characteribus : primum in lucem est ||
productus. Annoque a nativitate (*sic*) domini Millesimo || quadrin-
gesimo septuagesimo septimo. Ulti-||ma die decembris (summa
cum diligentia) completus

Fol. char. rom. s. l. et typ. n. s. s. c. et pp. n. 348 foll. 43—44 lin.
Litteræ initiales divisionum maiorum ligno incisae sunt, capitulorum
vero sunt minusculæ et expictæ. In superiore parte cuiusvis paginæ signa-
tur titulus characteribus maiusculis, e. gr. «Titulus xxxiiij».

*Zapf A. I. p. 45.; Seemiller II. p. 11. XV.; Murr Journal I. p. 60.;
Denis Suppl. p. 80. 544.; Panzer I. p. 108. 39. (Güntherus Zainer);
Ebert I. p. 581. 7341. s. v. «Farinator»; Hain II. I. p. 301. 10330.
(Günther Zainer).*

Nostrum exemplar olim «Monasterii S. Petri Salisburgi» erat.

29.

1477. Coloniae.

**Panormitanus (Nicolaus) de Tudeschis, Abbas Siculus. Glossæ
Clementinæ.**

F. I^a : Incipiunt glo. Cle. cum quibusdam alijs allegationibus
occurrentibus. nota || digne. collecte per dominum Nicolaum Sicu-
lum Momatensem Abbatem dignis-||simum. Nunc vero Archi-
episcopum Panormitanum. || ()ohannes episcopus *etc. In fine f. 82^a* :
Expliciunt glo. Cle. cum quibusdam alijs allegationibus occur-
rentibus. nota digne. collecte per dominum Nicolaum Siculum ||
Momatensem Abbatem dignissimum. nunc vero Archiepiscopum
Panor||mitanum. In inclita Ciuitate Coloniensi. opera atque
Impendio Magi||stri Iohannis Koelhoff. de Lubeck Cuius siue
Incole Ciuitatis || Coloniensis. Impresse atque finite Anno domini
Millesimoquadrin||gesimoseptuagesimoseptimo. die Lune de-
cimasexta Mensis Marcij *F. 82^b sequitur* : Constitutio Execrabi-
lis Iohannis Pape. xxij. super pluralitate || beneficiorum modi-
ficanda. || ()ohannes episcopus *etc. Expl. f. 83^b* : Datum Auinione.
XIII. kalen. decembris Pontificatus nostri || Anno secundo.

Fol. char. goth. cum a^a—k^s sign. s. pag. n. 83 foll. 40—41 lin. c.
litt. init. expict.

*Denis Suppl. p. 82. 551.; Panzer I. p. 281. 44.; Hain II. 2. p. 19.
12338.*

30.

1477. Venetiis.

Antoninus, Archiep. Flor. Summa Theologica. Pars III. 1. 2.

*III. partis pars I. : F. 1 vacat. F. 2^a : Incipit tabula titu-||
lorum seu capitulorum uel rubricarum : || etc. et finitur F. 4^a col. 1.
F. 4^b et 5 vacat. F. 6^a : In nomine sancte ac indiuidue trinitatis. ||
Incipit prologus tertie partis summe || beati Antonini archiepiscopi
florentini || ordinis predicatorum : ac omnis scriptu||re expositoris
diligentissimi. F. 352^b col. 2 : Domini Antonini archiepiscopi flo||
rentini dignissimi sacre scripture inter||pretis explicit prima pars
summe sequi||tur secunda.*

*Part. III. pars 2. Dimidia pars folii Iⁱ, quod vacat, igni
combusta est. F. 2^a : Incipit tabula titu||lorum seu capitulorum uel
rubricarum : || etc. Explicit tabula f. 5^b col. 1. f. 6^a : In nomine
sancte ac indiuidue trinitatis in-||cipit secunda pars tertie partis
summe. d. antoni||ni de florentia ac eiusdem ciuitatis episcopi re- ||
uerendissimi ordinis predicatorum. etc. Foll. 317 et 318, ubi
colophon invenitur, desunt.*

Fol. char. goth. s. c. et pp. n. 2 col. Pars I. habet 353 foll., 47 lin.
c. a⁶+b—y⁵+A—K₄ sign. Pars II. 318. (in hoc exemplari tantum 316.)
foll. 46—47. lin. cum a⁴—y⁵+A—E₅ sign. Litt. initiales sunt expictæ.
Hoc exemplar habet latum marginem.

*Denis Suppl. p. 72. 481.; Panzer III. p. 125. 277.; Ebert I. p. 69.
757.; Hain I. 1. p. 141. 1243.* (qui primum folium vacuum non numerat,
qua de causa 352 foll. affert).

Pars prima huius operis in lucem edita est anno 1479., p. IV.
anno 1480., ubi vide. Pars II. deest in bibliotheca nostra.

In folio albo, quod in calce huius libri appositum est, hæc anno-
tatio legitur : «Explicit tertia pars summe beati Antonini AEppi Flo-
rentini ac Sacre pagine interpretis eximii impressa Venetiis industria,
atque impensa Nicolai Jenson Gallici 1477. Ita ex simili exemplo redin-
tegravit ultimi folii elacerati notam postremam, Franciscus Kresznerics
Parochus Sághiensis m. p.»

Huius operis etiam aliud exemplar habemus. Prima pars huius
operis olim «Conventus Viennensis Ordinis Prædicatorum» erat. *In in-
fima parte fol. 2. partis II-æ partis III. hæc cœcra annotatio legitur:*
«Iste liber pertinet conventui Wiennensi ordinis prædicatorum per f. Jo.
de lindow de bonis hereditariis et amicorum de licencia suorum paren-
tum comparatus.» In eodem folio nota «Nouitiatus Conventus Viennensis
1633» legitur.

31.

1478. Argentinæ.

**Innocentius IV., Pont. Max. Apparatus super V. lib.
Decretalium.**

F. 1^a vacat. F. 2^a: Incipit Apparatus quinque || librorum decretalium domini jnnocen||cij pape quarti compositus et pu- || blicatus in ciuitate ludunensi. (*sic*) || () Egitur in ezechi-||ele etc. *F. 407^b col. 1:* Explicit solennis apparatus Innocencij || pape quarti super quinque libris decretalium || elegantissime conpositus. mul- || tiuarios casus || articulosque perutiles et necessarios tam in con|| silio animarum et penitenciali foro quam in re-||gendis ecclesijs et ecclesiasticis personis con||tinens. magna cum diligencia in originali emen||datus per venerabilem virum Andream hart||manni de eppingen arcium liberalium magi-||strum juris et cano- || nici et ciuillis licenciatus || dominorum illustrium et generosorum archi||dyaconorum ecclesie argentinensis officialem in in||clita argentinensi ciuitate impressus. Sub anno || domini. M. cccc. lxxviiij. *F. 408 vacat. F. 409^a:* Incipit repertorium super Innocencio Edi- || tum ab Egregio ac excel||lentissimo iuris vtriusque doctore domino Baldo de perusio in vrbe || famosissimo Quodquidem repertorium Baldi Margarita proprie nun||cupatur vel Innocencianus. *F. 464. tabula.*

Fol. mai. s. typ. n. char. goth. s. s. c. 464 foll. 2 col. 60 lin. cum litt. init. a miniatore a. 1479 satis eleganter expictis.

Maitt. I. p. 393.; Laire I. p. 441. 14.; Panzer I. p. 21. 25.; Santander III. p. 50. 761.; Hain II. I. p. 131. 9191. (qui colophon in folio 404^b legi et totum opus ex f. 463 constare falso asserit); *St. Gallen Bibl. p. 131. 797.*

32.

1478. Basileæ.

**Bergomensis (Petrus) Ord. Prædic. Tabula super Omnia Opera
Thomæ Aquinatis.**

F. 1^a rubro: IHESUS. || Religiosissimi viri fratris Petri de bergomo ordinis predicatorum sacre theolo||gie professoris eximij super omnia opera diuini doctoris. Thome aquinatis ta-||bula felicititer incipit. *In fine f. 360^a:* Religiosissimi viri fratris petri de Bergomo ordinis predicatorum. sacre || theologie professoris eximij.

super omnia opera diuini doctoris Thome || Aquinatis tabula feliciter finit. Impressum finitumque Basilee per me || Bernhardum Richel ciuem Basiliensem. Anno etc. 1478. die veneris que fuit quarta mensis decembris. *Sequitur scutum typographi cum litteris B. R.*

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. n. 360 foll. 42 lin. In superiore margine cuiusvis paginæ indicatur prima syllaba vocum, quæ ibidem occurrunt, e. gr. BÄ. (quod est: Babilonia). In margine dextro annotationes coævæ minio scriptæ leguntur. Fol. 1^a hæc nota coæva legitur: «Iste liber est conventus Wiennensis Austrie. ordinis prædicatorum».

Maitt. I. p. 385.; Denis Suppl. p. 90. 609.; Laire p. 436. 5.; Seemiller II. p. 20.; Panzer I. p. 148. 13.; Hain I. I. p. 367. 2818.; Stockmeyer et Reber p. 23. qui falso de 260 foll. loquuntur; *Holtrop p. 473. 820.*

33.

1478. Norimbergæ.

Ausmo (Nicolaus de). Supplementum Summæ Pisanellæ.

F. 1^a: In nomine domini nostri Ihesu Christi Amen. || Incipit liber qui dicitur Supplementum. *Expl. f. 316^b col. 2:* omnia secula seculorum Amen. *F. 317^a col. 1:* Incipit tabula capitulorum huius libri. || Et primo de littera A. *F. 320^a:* Incipiunt canones penitenciales extracti de || verbo ad verbum de summa fratris Astensis || ordinis minorum. li. v. titulo. xxxij. *In fine f. 323^a col. 2:* Anno domini Millesimoquadringsimo-||septuagesimo-octauo. kalendas vero. v. Julij. In || Nurnberga oppido germanie celebratis||simo. deo auxiliante. Opus terminatum || insigne. Summa Magistrutia alias Pisanell||la vulgariter appellatum. per Antonium ko-||burger prefati oppidi incolam quam fideliter im-||pressum. Finit feliciter ::

Fol. char. goth. s. s. c. pp. n. 323 foll. 2 col. 52 lin. litt. init. cæruleo et rubro colore expictæ sunt.

Seemiller II. p. 24. VII.; Denis Suppl. p. 97. 663.; Panzer Nürnberg p. 45. 54.; Laire I. p. 436. 4. annotat, in ædibus A. Coburger Norimbergæ iam anno 1477 aliam huius libri editionem prodixisse pridie idus Februarii, quo anno tamen non apud Koburgerum, sed Venetiis apud Hailbrunnum prodiiit. Opus autem a Lairio memoratum idem est ac summa theologiæ seu pantheologia Rayneri de Pisis, quæ apud Koburgerum anno 1477 pridie idus Februarii in lucem prodiiit. *Panzer II. p. 180. 53.; Hain I. I. p. 270. 2157.; Holtrop p. 421. 560.*

34.

1478. Norimbergæ.

Biblia Latina.

*F. 1^a vacat. F. 1^b tabula, cuius hic est titulus: Locus librorum. nume- col. 2: rus dinoscitur ordo. F. 2^a (c. nota: Fol. 1): Incipit epistola sancti Hieronimi ad Pauli-||num presbiterum de omnibus diuine historie libris. F. 4^b col. 2.: Sequitur liber bre- sith: quem nos Gene-||sim dicimus. Capitulum I. F. 5^a col. 1: (c. nota IIII.): ()N principio crea-||vit deus etc. F. 235^a col. 1 (c. n. CCXXXIIII): Epistola sancti hieronimi presbiteri ad chro- ma||tium et eliodorum episcopos de libris salomonis F. 367^a col. 1 (c. n. CCCLXVI): Incipit epistola beati hieronimi presbi- teri || ad damasum papam in quatuor evangelistas *In fine f. 462^b col. 2: Anno incarnationis dominice. Millesimoqua-||drin- gesimesepteuagesimooctauo. Mai || vero kalendas octauodecimo. Quam insigne veteris no-||uique testamenti opus. cum canonibus euange-||listarumque concordantiis. In laudem et glo||riam Sancte ac indiuidue trinitatis. Inte||merate virginisque marie impres- sum. In oppi-||do Nurnbergensi. per Antonium Coburger pre||fati oppidi incolam industria cuius quamdiligen-||tissime fabrefactum. finit feliciter. F. 463^a sequitur epistola Menardi: ()Enerabili viro do||mino Iacobo de || ysenaco. Menardus solo no||mine mona- chus etc. F. 468^b col. 2.: Et sic est finis.**

Fol. mai. char. goth. s. s. c. 1 non num. +461 num. + 6 non num. foll. = 468 foll. 2 col. 53 lin. c. marg. et titt. coll. Litteræ initiales in hoc exemplari elegantissime auro et coloribus pictæ sunt.

Seemiller II. p. 33—34. XXIII.; Panzer Nürnberg p. 45. 52.; Laire I. p. 437. 6.; Panzer II. 180. 81.; Hain I. 1. p. 401. 3068.

F. 1^a hæc annotatio legitur: «Hunc librum dedit venerabilis vir dominus Erhardus Gabrielis Beneficiatus In Stain Confrater noster Mo- nasterio Beate virginis marie In Tiernstain Ordinis Canonicorum regula- rium anno 150. secundo». F. CCX. vero hæc: «Iste liber est canonicorum Regularium Monasterii Beate Marie virginis in Tiernstain».

35.

1478. Norimbergæ.

Biblia Latina.

F. 1^a vacat. F. 1^b index, cuius titulus: Locus librorum nume- col. 2: rus dinoscitur ordo. F. 2^a (cum nota: Fol. j.): Inci-

pit epistola sancti Hieronimi ad Pauli-||num presbiterum de omnibus diuine historie libris. || () Rater Ambrosius tua mihi || munuscula etc. *F. 4^b col. 2*: Sequitur liber bresith: quem nos Gene || sim dicimus. Capitulum I. *F. 5^a col. 1 (c. nota IIII)*: () N principio creauit deus etc. *F. 235^a col. 1 (c. nota CCXXXIIII)*: Epistola sancti hieronimi presbiteri ad chroma||tium et eliodorum episcopos de libris salomonis *F. 367^a col. 1 (c. nota CCCLXVI)*: Incipit epistola beati hieronimi presbiteri || ad damasum papam in quatuor evangelistas. *F. 462^b col. 2*: Anno incarnationis dominice. Millesimoqua||dringentesimoseptuagesimooctauo. Nouem-||bris vero ydus quarto. Quam insigne veteris no||uique testamenti opus. cum canonibus euange||listarumque concordantijs. In laudem et glo-||riam Sancte ac indiuidue trinitatis. Intel||merate virginisque Marie impressum. In oppi-||do Nurnbergensi. per Antonium Coburger pre||fati oppidi incolam industria cuius quamdili-||gentissime fabrefactum. finit feliciter; *F. 463^a incipit epistola Menardi*: () Enerabili viro do||mino Iacobo de || Ysenaco. Menardus solo no-||mine monachus. etc. *F. 468^b col. 2*: Et sic est finis.

Fol. mai. char. goth. s. s. c. c. foll. num. 1 non num. + 461 num. + 6 non num. = 468 foll. 2 col. 51—53 lin. c. margin. et litt. init. expiet. Prima folii cuiusvis paginae in margine superiore titulum habet.

Maitt. I. p. 384; Seemiller II. p. 33. XXIII.; Panzer Nürnberg p. 45. 53.; Laire I. p. 437. 6.; Panzer II. p. 180. 52.; Santander II. p. 195. 275. nota; Hain I. 1. p. 401. 3069.; Brunet I. p. 899.; St. Gallen Bibl. p. 35. 236.

F. 1^a hæc annotatio legitur manu sæc. XVI. scripta: «Iste liber est Ottonis falcken plebano in li iinrent (?)» Deinde: «catalogo inscriptus Domos Professæ Anno 1733.»

36.

1478. Norimbergæ.

Ludolphus, seu Leutolphus de Saxonia. Carthus. Meditationes Vitæ Jesu Christi.

F. 1^a: Prologus Ludolphi carthusiensis in me||ditationes vite Ihesu Christi. *F. 4^a*: Incipit liber de vita Ihesu Christi non ille de in-||fantia saluatoris apocriphus: sed ex serie euan||gelice historie collectus. *F. 187^a col. 2 finitur pars prima*: Laus enti in

diuinis ; *F. 187^b* : Rubrice capitulorum prime partis in vitam ihesu. *F. 188^a* : Secunde partis huius libri Capitulum primum. || De confessione vere fidei quam Petrus fecit pro || omnibus. Capitulum primum.

Pars secunda finitur f. 370^a col. 2 : omnis indigentie corporis et anime singulorum Amen. *F. 370^b col. 1* : Rubrice capitulorum Secunde partis huius operis *In fine f. 372^b col. 2* : Presens opus vite christi. secundum seriem euangelij per Leu-||tolphum de saxoniam. patrem deuotum Argentine in || carthusia professum. ob laudem dei et profectum proximi est || effectum. et per Anthonium koburger incliti oppidi || Nürnberg conciuem (bene visum) sic effigiatum || Gratias (et merito) ago deo altissimo. quod vitam ihesu || christi eius vnigeniti filij. hoc sacro tempore profeci in beati || Thome profesto. Millesimoquadringentesimoseptua-||gesimo octauo. eiusdem christi ihesu incarnationis anno ;

Fol. mai. char. goth. s. s. et pp. n. 372 foll. 2 col. 61 lin. Habet titulos columnarum. Litteræ initiales omnes cæruleo et rubro colore expictæ sunt. Margines plurimi non sunt descisi.

Maitt. I. p. 392.; *Freytag Analecta p. 544—546.*; *Denis Garelli Bibl. p. 74. 27.*; *Panzer Nürnberg p. 47. 56.*; *Panzer II. p. 181. 56.*; *Santander III. p. 127. 881. nota* ; *Hain II. I. p. 294. 10292.*

In superiore parte primi folii hæc annotatio legitur : «Ex libro Nicolai Nöttelij A^o—96 (=1596.)». In inferiore parte eiusdem folii autem hæc manu sæc. XVII. scripta : «Locī Capucinatorum Budvicensis».

37.

1478. Norimbergæ.

Turrecremata (Johannis de). Quæstiones Evangeliorum de Tempore.

F. 1^a præcedit auctoris dedicatio ad collegium Cardinalium scripta : () Acro et colendissimo reuerendissimorum pa||trum sancte. Ro. ecclesie dominorum Cardina||lium collegio suus humilis seruitor Ioannes || de Turrecremata Episcopus Sabinensis etc. *Opus ipsum incipit f. 2^a lin. 4* : In prima dominica aduentus apud fratres predicatorum dicitur illud || euangelium. Math. XXI. etc. *In fine fol. 185^b* : Questiones super euangelia de tempore Iohannis de turre||cremata Finiunt feliciter. Impressequē Nuremberge per Frideri-||cum Creussner eiusdem ciuitatis incolam. Sub anno domini 1478.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. n. 185 foll. 35 lin. litt. init. desunt.
Panzer Nürnberg p. 48. 58. post Seemillerum (II. p. 27. 12.) meminuit huius editionis. *Panzer Ann. typ. II. p. 181. 58.; Hain II. 2. p. 441. 1572.* qui ipse non vidit.

38.

1478. Norimbergæ.

Turrecremata (Johannes de). Quæstiones Evangeliorum de Sanctis.

F. 1. vacat. F. 2^a: Questiones euangeliorum de sanctis. collecte per. R. D. Io||hannem de turre cremata Episcopum sabinnensem. (*sic*) sancti romane || ecclesie cardinalem sancti Sixti. Incipiunt feliciter. *In fine f. 101^b:* Questiones euangeliorum de sanctis. collecte per Reueren-||dum dominum Iohannem de turre cremata Episcopum sa-||binensem. Sancte romane ecclesie Cardinalem sancti Sixti expli||ciunt feliciter. Impressequae Nuremberge per Fridericum Creussner || eiusdem ciuitatis incolam. Sub anno domini. M. CCCC. || LXXVIIj. Laus deo clementissimo. *F. 102. vacat.*

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. n. 102 foll. 35 lin. Lit. init. desunt.
Denis Suppl. p. 99. 682.; Panzer II. p. 182. 59.; Hain II. 2. p. 441. 1571., qui gravi sane errore ex hoc et priore Johannis de Turrecremata opere neglecto prioris colophone æque ac huius libri titulo unum in describendo effecit librum.

39.

1478. Tarvisii.

Seneca (Lucius Annæus). Opera Philosophica et Epistolæ.

F. 1. vacat. F. 2^a: Incipit Lucij Annei Senecæ cordubensis liber de moribus: || in quo notabiliter et eleganter vitæ mores enarrat. *F. 212^a:* In hoc volumine continentur infrascripti libri Senecæ. Primum Liber vnus de mo-||ribus. Liber vnus de formula honestæ vitæ: vel de quattuor virtutibus cardinalibus || Liber vnus ad Gallionem de remedijs fortuitorum. Libri decem declamationum. || Libri duo de clæmentia (*sic*) ad Neronem. Libri septem de beneficijs ad Eburrium Li-||beralem. Libri tres de Ira ad Nouatum. Liber vnus de mundi gubernatione diui-||na prouidentia: et quare multa mala bonis viris accidunt. Liber vnus

de beata vita ad || Gallionem. Liber vnus de consolatione ad Martiam. Liber vnus de consolatione || ad Albinam matrem suam. Liber vnus de Tranquillitate vitæ ad Serenum. Li||ber vnus quomodo in sapientem non cadit iniuria. Liber vnus de breuitate vitæ || ad Paulinum: cui continuatur liber vnus de consolatione fratris ad Polybium sine inscri||ptione et interuallo ex incuria famuli componentis: qui incipit Nostra compares firma || sunt. Prouerbia Senecæ. Vltimo eiusdem Epistolæ ad Lucillum centum- uiginti||quinque. || Impressum Taruisij per Bernardum de Colo- nia || Anno domini. M. cccc. lxxviiij.

Fol. char. goth. cum a₂ — 7₄ + aa — bb₄ sign. s. c. et pp. n. 215 foll. (in hoc exemplari desunt dua folia) 53 lin. lit. init. cæruleo et rubro colore expictæ sunt.

Maitt. I. p. 387.; Denis Garelli p. 69—70.; Laire I. p. 450. 39.; Panzer III. p. 35. 23.; Santander III. p. 349. 1220.; Dibdin II. p. 340. 420.; Ebert II. p. 757. 20842.; Hain II. 2. p. 306. 14591. (212 foll.); Schueiger II. 2. p. 906.; Brunet V. p. 275.; St. Gallen Bibl. p. 219. 1310.

In fol. 2^a hæc annotatio initio sæc. XVI scripta legitur: «155 No- rimberge redemit aureo nummo Joannes paltram artium magister».

40.

1478. Venetiis.

Lactantius (Lucius Cœlius Firmianus). Opera.

F. 1^a: Lactantii firmiani de diuinis institutionibus ad||uersus gentes. Rubricæ primi libri incipiunt. *Sequuntur rubricæ omnium Lactantii operum.* *F. 8^a lin. 24*: Lactantii firmiani primi errata libri quibus ipse deceptus est per fratrem || Antonium Raudensem theologum collecta et exarata sunt. *Sequuntur septem librorum errata ab eodem collecta.* *F. 9^b*: His carminibus frater Adam genuensis increpat fratrem Antonium *F. 10^a*: L. Cœlii Lactancii firmiani diuinarum institutionum aduersus gentes li||ber primus de falsa religione ad Constantinum Imperatorem. || *etc.* *F. 168^b lin. 35*: L. Cœlii Lactantii firmiani ad donatum de ira || dei liber septimus. (*sic*) *F. 184^b lin. 19*: L. Cœlii Lactantii fir- miani ad demetrianum de opificio dei seu || formatione hominis. *F. 199^b lin. 26* incipit carmen de Phœnice sine inscriptione: ()St locus in primo fœlix oriente remotus || *etc.* Quibus *f. 202^a* subiunguntur Ouidii Dantæque de phœnice loci praeclari. *F. 202^a*

lin. 30. incipit carmen de resurrectionis dominicae die : Salve festa dies etc. *F.* 203^b lin. 14. : Nephythomon Lactantii firmiani incipit.

In fine *f.* 211^a : Lactantii Firmiani Ephythomon tractatus finit. || Hoc opus imprsseeerunt (*sic*) Veneciis Magister Andreas de paltasichis ca||tarensis et Boninus de boninis sociis : Regnante inclito ac serenissi||mo principe domino Ioanne mocenigo dei gratia Venetiarum duce || .M. CCCC. LXXVIII. xii. marcii. *Sequitur versus* : Arguit hic hominum sectas Lactantius omnes etc. *F.* 211^b *registrum*.

Fol. char. rom. cum a_{ii} — R_{iiii} sign. s. pp. num. 211 foll. 38 lin. litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 385.; Denis Garelli p. 71. 25.; Lactantii Opera, ed. Bipontina p. XVIII. (editio «Veneta III.»); Laire I. p. 444. 23.; Panzer III. p. 141. 363.; Dibdin I. p. 215. 98.; Ebert I. p. 954. 11596.; Hain II. I. p. 226. 9813.; Brunet III. p. 736.; St. Gallen Bibl. p. 141. 849.

41.

1474. Venetiis.

Maturantius (Franciscus). De Componendis Versibus Hexametro et Pentametro.

F. 1 vacat. F. 2^a rubro : Francisci Mataratij Perusini viri vtraque lingua Eruditissimi ad || Petrum Paulum Cornelium Eruditum et ingenuum adolescentem || de componendis versibus hexametro et Pentametro opusculum || et primo prohemium. *F. 26^b* : Finis opusculi de compositione versus hexametri et pentametri edi-||ti a Francisco Matratio (*sic*) Perusino viro clarissimo. || τελος. *F. 27^a* : Iacobi Sentini Ricinensis de quibusdam lyricis carminibus Tracta-||tulus : et primo Prefacio. || Iacobus Sentinus Ricinensis Iacobo Gasparis viro pre||stissimo etc. *Expl. f. 28^a* : Vale Ricinensium adolescentum vnicum decus et ornamentum. *F. 28^b* : Iacobi Sentini applausus poetici in Maturantii opus leguntur. In fine *f. 28^b* : Erhardus ratdolt Augustensis probatissimus librariae artis exa-||ctor summa confecit diligentia. Anno christi. M. cccclxvii. (*pro 1478*) vij. ca||len. Decembris. (*sic*) Uenetijs.

4^o char. goth. cum a₂—d_{iii} sign. s. c. et pp. nn. 28 foll. ; 30—31 lin. c. lit. init. florent. ligno incis.

Maitt. I. p. 391.; Gras p. 28.; Panzer III. p. 142. 368.; Ebert II. p. 67. 13382.; Hain II. I. p. 372. 10889.; Holtrop p. 398. 435.; Brunet III. 1525.

42.

1478. Venetiis.

Mela (Pomponius). *Cosmographia*.

F. 1^a rubro: Pomponij Mellæ *Cosmographi de || situ orbis liber primus. Procœmium. In fine f. 48^b*: Impressum est hoc opusculum Venetijs || per Franciscum renner de Hailbrun. || .M.CCCC.LXXVIII. || Laus Deo.

4^o char. rom. cum a—f sign. s. c. et pp. nn. 48 foll. 26—27 lin. c. margin. et lit. init. florent. ligno incis. Tituli librorum rubro colore sunt impressi.

Maitt. p. 387.; Panzer III. p. 138. 345.; Santander III. p. 162. 935.; Dibdin II. p. 285. 384.; Ebert II. p. 85. 13604.; Hain II. 1. p. 391. 11017.; Brunet IV. p. 799.; Schweiger II. 2. p. 605.

F. 48^b super col. hæc inscriptio sæc. XVI. legitur: «Liber Johannis Mariæ Pacti.»

43.

1478. Venetiis.

Merula (Georgius). *Commentarii in Juvenalem etc.*

F. 1^a: AD INVICTISSIMVM PRINCIPEM FEDERICVM DE || MONTEFERETRO VRBINI DVCEM: GEORGII || MERVLAE ALEXANDRINI PRAEFATIO IN SA- || TYRARVM IVVENALIS ENARRATIONES. *F. 2^b lin. 34 incipit*: Poetæ vita. *F. 3^a lin. 16*: De Satyrica fabula duabusque satyris. *F. 4 vacat. F. 5^a*: ENARRATIO PRIMAE || SATYRAE. *F. 97^a*: SATYRARVM IVVENALIS ENARRATIONES A GE- || ORGIO MERVLA ALEXANDRINO EDITAE: NO- || MINATIMQVE DICATAE FEDERICO DE MON- || TEFERETRO VRBINI DVCI INVICTISSIMO. *F. 97^b et 98 vacant. F. 99^a*: GEORGII MERVLAE ALEXANDRINI ADVERSVS || DOMITII COMMENTARIOS PRAEFATIO AD MAR || CVM ANTONIVM MAVROCENVM EQVITEM || PRAECLARVM. *F. 99^b lin. 14 incipiunt commentarii. F. 123^a finiunt comment. F. 123^b vacat. F. 124^a*: VT INVENTV Facile sit quotiens aliquid eorum desiderabitur || in quibus: aut defecerit: aut falso senserit interpres Domitius: de epi- || grammatis locos uelut quaedam rerum capita operi subiunximus. *F. 126^a*: GEORGIVS Merula Alexandrinus Bernardo Bembo Nobilissim || mo Iurisconsulto: et Equiti Splendissimo Salutem. *F. 126^b vacat. F. 127^a*: GEOR-

GII MERVLAE ALEXANDRINI ANNOTATIONES IN ORATIONEM. M. TVL. CICERONIS PRO. Q. || LIGARIO. *F. 142^a*: Georgius Merula Alexandrinus Statielensis Dominico Sanuto || Patricio Veneto Salutem. *F. 147^a lin. 23*: Continentur in libro hæc. || Enarrationes Satyrarum Iuuenalis per Geor. M. Alex. ad Federicum || de monte feretro Urbini ducem inuictissimum. || Aduersus Domicii Commentarios in Martialem ad Marcum Antonium Maurocenum. || Annotationes in Ligarianam Ciceronis ad Bernardum Bembum. || Argumentum Epistolarum Ciceronis ad Lentulum: de vi et ordine || suffragiorum in centuriatis et curiatis comitiis. Quid praerogatiua suffragiorum: et quomodo legis promulgatio ad Dominicum || Sanutum. || Impressa Venetiis per Gabrielem Petri || Duce inclyto Andrea Vendramino. || M. CCCC. LXXVIII. *F. 147^b et 148^a errata*: Lector ne te offendant errata: etc.

Fol. char. rom. cum Aii + a — siii sign. s. c. et pp. n. 148 foll. 41 lin. c. margin. Lit. init. desunt.

Maith. I. p. 388.; Laire I. p. 446. 29.; Panzer III. p. 140. 355.; Santander III. p. 167. 943.; Hain II. I. p. 401. 11090.; Brunet III. p. 1663.

44.

1478. Venetiis.

Sallustius (C. Crispus). Opera.

F. 1. vacat. F. 2^a: CRISPI Salustii historici atque oratoris clarissimi uita. *F. 2^b*: Et hec uita magna cum diligentia compilata fuit a hieronymo || Squarzafico Alexandrino. *F. 3^a incipit Conjuratio Catilinae sine titulo*: () MNES Homines qui sese student præstare || etc. *F. 18^b lin. 13*: FINIS. *Eod. fol. lin. 14 incipit Bellum Iugurthinum*: () ALSO QVERITVR DE NATVRA SVA || genus humanum etc. *F. 50^a*: M. T. Ciceronis in Crispum Salustium responsio seu inuectiua. *F. 52^a*: FINIS. || Crispi Salusti historiographi clarissimi Catilinarii ac Iugurtini belli finis. opere et impenssa magistri Philippi petri magna: cum diligentia: atque arte impressi anno domini. Millesimo. cccclxxviii die. xxii Iunii || Ioanne Monzenigo principe felicissimo imperante. || EXPLICIT INVECTIVA .M. T. C. IN SALVSTIVM.

Fol. char. rom. 4₂—g₃ sign. s. c. et pp. n. 52 foll. (in hoc exemplari duo folia desunt). 36 lin. Lit. init. non sunt expictæ.

Maitt. I. p. 387.; Panzer III. p. 140. 357.; Ebert II. p. 691. 19951.; Hain II. 2. p. 260. 14207.; Schweiger II. 2. p. 865.

45.

1479. Argentinæ.

Voragine (Jacobus de), Ord. Præd. Historia Lombardica.

*Fol. 1. 2 desunt. Tabula in hoc exemplari incipit fol. 3^a cum voce «Anima». F. 15^a col. 1: Finit tabula feliciter. F. 15^b et 16^a vacant. F. 16^b: Incipit prologus super legendas sanctorum quas colle||git in vnum frater iacobus natione ianuensis ordinis fra||trum predicatorum. F. 17^a lin. 8: Explicit prologus. Incipiunt capitula F. 18^b col. 2 *explicit tabula*: De cena domini CCXV. F. 19^a: Incipit legenda sanctorum que lombardica nominatur hi||storia Et primo de festiuitatibus que occurrunt infra tem||pus renouationis quod representat ecclesia ab aduentu vsque || ad natiuitatem domini. *In fine f. 403^a*: Hoc opus historie lombardice. deo opitulante. cum legendis in fine annexis. est impres||sum Argentine. Anno domini Millesimo||quadringesimeseptuagesimonono.*

Fol. char. goth. s. s. c. pp. n. et typ. nom. 403 foll. (in nostro exemplari 401) 40 lin. litt. init. desunt.

Denis Suppl. p. 106. 735.; Panzer I. p. 22. 30. (Georg. Husner); Hain non commemorat.

46

1479. Augustæ Vindelicorum.

Arnoldus de Villa Nova. Bereitung und Gebrauch der Wein.

F. 1^a: Hie nach volget ein loblich Tractat eins fü||nemen Doctors der ertzney mit namenn || Arnoldi de noua villa der ein arcz des kü||nigs von franckreich gewesen ist Diser tractat haltet || jn von beräyftung vnd geprachung der wein zu gesuntheit || der menschen. Welches büchlein der subtil vnd sýnnreich || Wilhelm von hirnkofen genannt Rennwart zu lieb vnd gefallen den fürsichtigen Ersamen vnd weisen Bur||germaisterñ vnd rate der loblichen statt Nüremberg || von latein zu Teütsch transsferirt vnd beschriben hatt || Also anfhent. *In fine f. 23^a*: Hie enndet sich das loblich büchlein || von bereyftung der wein, das hatt || gedruckt

Hanns Bamler zu Aug||spurg vnd volenndet am Freÿtag || nach Bartholomei. Anno etc. Im || lxxviii. jar.

4^o (rectius 8^o mai.) char. goth. s. s. c. et pp. n. 23 foll. 26 lin. cum litt. init. ligno incis.

Panzer Annalen I. p. 110. 105.; Zapf Augsburg I. p. 50.; Denis Suppl. p. 110. 770.; Hain I. I. p. 224. 1812.

47.

1479. Basileæ.

Augustinus (S. Aur.). De Civitate Dei lib. XXII. c. Commento Thomæ Valois et Nicolai Triveth.

F. 1^a col. 1 rubro: Sententia beati augustini episcopi ex libro || retractationum ipsius de libris de ciuitate dei. *Eiusdem folii col. 1 lin. 53 rubro:* Incipiunt capitula libri primi de ciuitate dei || beati augustini episcopi *F. 2^a rubro:* Aurelij augustini ipponensis episcopi doctoris exil||mij de ciuitate dei. contra paganos liber primus incipit Ca. primum *F. 189^a col. 2 explicit textus rubro:* Textus sancti Augustini de ciuitate dei Ba||silee impressus Explicit feliciter. Anno. lxxix. *Sequitur scutum typogr. F. 190^a sequuntur commentaria:* Sacre pagine professorum ordinis predicatorum || Thome valois et nicolai triueth in libros be||ati augustini de ciuitate dei Commentaria fel||liciter inchoant *F. 244^a col. 1 lin. 44:* () Neipit tabula composita per fratrem nicolaum || cerseth ordinis predicatorum etc. *In fine f. 247^a col. 2 rubro:* Igitur aurelij augustini ciuitatis orthodoxe || sideris prefulgidi de ciuitate dei opus precla||rissimum. binis sacre pagine professoribus exil||mij id commentantibus. rubricis tabulaque dis||cretum precessa in vrbe Basiliensi. partium ale||manie. quam non solum æris elementia et fer||tilitas agri verum etiam imprimentium subtilitas || reddit famatissimam. ad laudem trinitatis indi||uidue ciuitatis dei presidis. ingenio et industria || Mihahelis (*sic*) wenssler. Anno salutis nostre || post. M. et cccc. lxxix. viij. kalendas. aprilis opero-||se est consummatum. *Sequitur scutum typogr.*

Fol. mai. char. goth. mai. et min. s. s. c. et pp. m. 247 foll. 2 col. textus 56 lin. comment. 73 lin. c. lit. init. expict. In margine inveniuntur annotationes coævæ.

Maitt. I. p. 396.; Seemiller II. p. 36.; Laire I. p. 453. 2.; Panzer I. p. 150. 19.; Hain I. I. p. 259. 2058.; Stockmeyer et Reber p. 13. 10.; Holtrop p. 474. 825.

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra. In fol. 1^a alterius exemplaris hæc annotatio legitur: «Ex Libris Nicolaj Nottelij A^o 610.

48.

1479. Basileæ.

Carchano (Michael de) Mediolanensis, Ord. Min. Sermonarium Triplicatum per Adventum.

F. 1^a: Incipit tabula sermonum contentorum in hoc volumine. *F. 2^a rubro*: Sacri eloquij preconis celeberrimi fra||tris Michaelis Nediolanensis. (*sic*) ordinis mino||rum regularis obseruancie opus perutilis||simum per aduentum et quadragesimam de pec||cato in genere et de tribus peccatis prin||cipalibus. s. superbia. auaricia. et luxuria. || Prologus. *F. 173^a col. 2 lin. 60* explicit pars prima: || culorum. Amen. Deo gratias. *F. 173^b et 174^a vacant.* *F. 174^b*: Incipit tabula sermonum contentorum in isto secundo || quadragesimali. Sermo primus. *Eod. fol. col. 2* explicit. *F. 175^a col. 1 rubro*: In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen || Incipit aliud quadragesimale predicto || annexum de alijs quatuor vicijs capitalibus ||. s. gula. ira. inuidia. et accidia. Et primo || de ipsis et alijs in generali supradictis. || Dominica in quinquagesima. de omnibus septem || vicijs capitalibus simul Sermo primus || *In fine f. 272^b col. 1*: Explicit sermonarium triplicatum per aduen||tum. in quo tractatur de peccato in gene||rali. Et per duas quadragesimas: in quorum || vna tractatur de tribus peccatis principalibus || superbia videlicet luxuria et auaricia cum || speciebus et filiabus suis. In alia vero de || reliquis quatuor peccatis capitalibus. gu||lla videlicet accidia ira et inuidia cum spe||ciebus ac etiam filiabus suis diffuse descri||bitur. Quod quidem compilatum est per venerabilem || fratrem Michaelem de Mediolano ordi||nis minorum regularis obseruancie verbi || dei predicatorem. Impressum vero Basilee || per Michaelem Wenssler artis impressorie in||geniosum magistrum quarto Kalendas. Iunij. A||no M. CCCC lxxix feliciter consum||matum. *Post coloph. 1480 minio scriptum legitur.*

Fol. mai. char. goth. mai. et min. s. s. c. et pp. n. 272 foll. 2 col. 60 lin. c. lit. init. expict.

Maitt. I. p. 401.; Laire I. p. 461. 19.; Panzer I. p. 150. 20.; Hain I. 2. p. 46. 4509.; Stockmeyer et Reber p. 13. 11.; Holtrop p. 474. 826.

49.

1479. Colonizæ.

Rolewinck (Wernerus). Fasciculus Temporum.

F. 1^a prologus auctoris: ()eneracio et generatio laudabit opera tua et potentiam tuam pronunciabunt. *etc. F. 1^b lin. 31:* Fasciculus temporum omnes antiquorum cronicas complectens: admissus ab alma vniuersitate Colonensi incipit feliciter. *In fine f. 63^b:* Opusculum vtique omni statui. atque hominum gradui ad vitam exem-||plandam perutile. continens succincte progressum patrum ab initio mun||di vsque ad hoc nostrum tempus. cum actis notabilioribus eorundem || Quod deuotus quidam Carthusien- sis. eius autor primus: fasciculum tem||porum nuncupauit Im- pressum per me Hinricum quentel Et admissum || ab alma vni- uersitate Coloniensi. Explicit feliciter Sub anno domini || Mille- simoquadringsesimoseptuagesimonono. LAVS. DEO. *F. 64^a:* Tabula breuis et vtilis super li-||bello quodam qui dicitur Fasci- culus temporum || *etc. F. 71^a finitur tabula.*

Fol. char. goth. cum bs—i sig. s. c. et pp. n. 71 foll. cum fig. ligno incis. et lit. init. expict.

Maitt. I. p. 400.; Laire I. p. 458. 14.; Panzer I. p. 285. 70.; Ebert I. p. 582. 7355.; Hain I. 2. p. 358. 6923.; Holtrop p. 366. 269.; Ennen I. p. 106. 287.; Brunet II. p. 1187.; St. Gallen p. 88. 551.

50.

1479. Norimbergæ.

Gritsch (Johannes). Ord. Minor. Quadragesimale.

Index, qui folia 17 occupat, deest in hoc exemplari. F. 18^a: Quadragesimale fratris iohannis Gritsch || ordinis fratrum mino- rum. doctoris eximij. per || totum temporis anni spatium deser- uiens cum thema-||tum euangeliorum et epistolarum introductio- nibus et || tabula peroptima. Incipit feliciter. *In fine f. 244^b col. 2:* Collegit ingenio Quadragesimale frater clarissi-||mus ordi- nis. s. francisci. magister Iohannes Gritsth (*sic*) de || Basilea pro- fessor sacre theologie eximius. multis || ex sacre theosis codicibus nucleum quem in hoc vol||lumine tanquam in agrum euangelice

discipline consequt || apis vti sagacissima exquisitos de florum
varijs gellneribus suaues in alueolum sucos congerit. denique ||
quamvigili cura hoc vtile admodum quadragesima || le impressum
sit oculi quibus se obiecerit: testabuntur. || Quod et procurante
expendenteque Anthonio kobur||ger ciue oppidi Nurnbergensis
salubri fine consu||matum. Anno etc. Mcccclxxix. Martij vero
kalendas. || tertio; Laus deo;

Fol. mai. char. goth. mai. s. s. c. et pp. n. 244 foll. (in hoc opere
227 foll.) 2 col. 51 lin. c. lit. init. pict. c. inscript. col.

*Seemiller II. p. 38. VII.; Denis Suppl. p. 105. 730.; Panzer Nürn-
berg 49. 61.; Laire I. p. 460. 16.; Panzer II. p. 182. 63.; Hain I. 2. p.
526. 8066.*

51.

1479. Norimbergæ.

Soliloquium Peccatoris Conversi et Compuncti.

F. 1^a: Soliloquium conuersi et compuncti peccatoris || ad
deum. in septem psalmos ab ecclesia Roma||na dictos penitentia-
les humiliter et deuote || contemplantis dicentisque Sequitur intro-
ductio. *In fine f. 17^a*: Prospiciens per cancellos: viridarium or-||
tulanorum sancte matris ecclesie lippien-||tibus oculis excerpti
nonnullos flores. et || admixtis herbis virtute prophetica planta-||
tis ad laudem dei hanc insalatam confeci. || Impressumque per
Fridericum Creussner. || Anno domini. Millesimoquadringente-||
simoseptuagesimonono. in Imperiali ci-||uitate Nurembergensium.
Laus deo.

4^o (rectius 8^o) char. goth. s. s. c. et pp. n. 17 foll. 24 lin. Litt. init.
desunt.

*Denis Suppl. p. 110. 762.; Panzer Nürnberg p. 53. 70. (ipse non
vidit); Panzer Ann. II. p. 184. 72.; Hain II. 2. p. 337. 14872.*

52.

1479. Venetiis.

Antoninus Archiepisc. Florent. Summa Theologica. Pars I.

F. 1^a vacat. F. 1^b: Francisci Moneliensis in primam partem
venerandi || viri Anthonini archipresulis florentini epistola. *F. 2^a*:
Prima pars Summe fratris Anthonini de Flo||rentia: ordinis pre-
dicatorum et Archiepiscopi Floren||tini. In qua agitur de anima

et de pertinentibus (*sic*) ad || ipsam. Incipit proemium totius operis. *Fol. 3^a col. 2.*: Titulus. I. de anima in communi. *F. 4^a incipit opus; sed hoc folium in nostro exemplari deest. In fine f. 253^b:* Hic finis prime partis summe Anthonini: ordinis || predicatorum: archipresulis florentini Summa cura: et || opera castigate atque emendate. ex inclyta officina || Nicolai Ienson gallici Millesimo quadringentesimo || septuagesimonono. deciasoctauas. calendas. Ianuarias. || Obiit idem sacre scripture interpret Anno legis gratie: || Millesimoquadringentesimo quinquagesimonono. vj. no||nas mai: etc. *F. 254^a registrum.*

Fol. char. goth. cum a₂—C₁+A₃—G₂ sig. s. c. et pp. nn. 254 foll. (in nostro autem 253 foll.; nam unum folium deest) 2 col. 55. lin. c. inscr. col. Lit. init. expict.

Denis Suppl. p. 101. 695.; Panzer III. p. 144. 383.; Ebert I. p. 69. 757 nota; Hain I. 1. p. 140. 1243.; Holtrop p. 393. 409.

Cætera volumina huius operis vide sub nn. 30. et 59.

Hoc opus in bibliotheca nostra in duobus exemplaribus asservatur.

In f. 1^a alterius exemplaris legitur «decretum concilii Basiliensis de conceptione virginis gloriossime Mariæ». Datum XV. Kalendas. octobris anno a nativitate domini M^occcc^o.xxxx^o; in fol. 1^a chartæ membran. alterius exemplaris hæc annotatio cœva legitur: «Iste liber est conventus Wiennensis In Austria ordinis predicatorum comparatus per fratrem Johannem de Lindow de licentia parentum suorum ex bonis hereditariis et amicorum. oretur pro animabus tuorum parentum».

F. 188^a: «Iste liber pertinet conventui Wiennensis in Austria per fratrem Johannem de lindow conventus eiusdem filii patris (?) ex bonis hereditariis de licentia suorum parentum comparatus.

In interiore parte tegumenti hæc leguntur: «Residentie Vasvariensis 1781».

53.

1479. Venetiis.

Aquino (Thomas de). Summæ Theologicæ Secundæ Partis Pars Secunda.

F. 1^a vacat. F. 1^b: Tabula questionum secundi libri secunde partis beati Thome de aquino. *F. 8^b col. 2:* Explicit tabula etc. *F. 9^a:* Incipit secundus liber secunde partis beati || Thome de Aquino. ordinis predicatorum. *F. 331^b col. 2:* Explicit secundus liber secunde partis beati Thome de || aquino. impressus Uenetijs etc. ||.M. CCCC. lxxix.

Fol. char. goth. cum 2—4+a₂—y₂+1—10₆ sig. s. c. pp. n. et typ. nom. 331 foll. 2 col. 51 lin. Lit. init. expictæ sunt.

Maitt. I. p. 397.; Denis Suppl. p. 755. 61. («Per Mapheum de Peterbonis;» in nostro exemplari nomen typographi non legitur); *Panzer III. p. 149. 411.; Hain I. I. p. 176. 1463.*

F. 1^a legitur nomen antiqui possessoris: Fran: Lohronchij Szelepcheni || artium liberalium ac philosophiæ baccalarius. || 1. 5. 8. 8. || V. T. V. || Inferius: «Anno. M. quingentesimonono || Rex francie cum 22 milibus et septingentis || 75 viris obtinuit adversus Venetos || et numero 32 milia armatos vicit bello st [...] et pergamum pressam (?) cremam cremonam cu [...] intra 31 diebus obtinuit || cum triumpho repetiit.»


4° char. goth. mai. et min. cum $A_{ij} - Z_{iii} + A_{a1} - U_{viii} + a_{ij} - z_{iii}$
 1 non num. + 269 num. + 6 non num. = 276 foll.; 1 non num. + 142
 num. + 1 non num. = 144 foll. = 420 foll. 36 et 46 lin. Plur. litt. init.
 non sunt expict. cum inser. pag.

Panzer I. p. 306. 215.; Hain II. I. p. 69. 8704.; St. Gallen Bibl.
p. 122. 746.

Hoc exemplar, quod olim «Conuentus Kremsensis» et «Conuentus
 Viennensis Praedicatorum» erat, mancum est; nam foll. 69, 102—106
 desunt.

225.

1493. Hagēnoae.

Expositio Hymnorum.

F. 1^a tit.: Expositio hymnorum cum || notabili commento
 quod semper implicat historias cum optimis allegatio-||nibus sacre
 scripture illorum sanctorum vel sanctarum de quibus tales hymni ||
 decantantur. ex quibus possunt faciliter de eisdem sanctis colligi
 sermo-||nes peroptimi. subiunctis quorundam vocabulorum expo-
 sitionibus. *Deinde icon xylogr. F. 2^a*: Iste liber dicitur liber
 hi||mnorum etc. *In fine f. 77^a*: Hymnarius cum bona expositione
 notabilique commento magna cum || diligentia correctus. cum
 quampluribus alijs hymnis prius non additis || elaboratissime
 impressus in Hagēnauw (*sic*) Anno domini M. cccc. xcij. fi-||nit
 foeliciter. *F. 77^b*: Sequitur tabula hymnorum secundum numerum
 foliorum. *F. 78^a col. 2*: Explicit tabula hymnorum. *F. 78^b vacat.*
F. 79^a tit.: Textus sequen-||tiarum cum optimo commento. *Deinde*
icon xylogr. F. 2^a: () Rates nunc omnes reddamus domino deo ||
 etc. *Expl. f. 211^b*: secu-||lla seculorum benedictus. AMEN *F.*
212^a: Registrum sequentiarum secundum numerum foliorum.
F. 212^b vacat. F. 213^a: () Aus tibi christe. etc. *F. 224^a*: Et sic
 finiuntur sequentie de nouo addite.

4° char. goth. mai. et min. cum $a_2 - m_4 + a_{ij} - y_{iii}$ sign. 1 non
 num. + 76 num. + 1 non num. + 133 num. + 13 non num. = 224 foll.
 cum inser. pag.

Maitt. p. 556.; Denis Suppl. p. 355. 2958.; Panzer I. p. 448. 6.;
Hain I. 2. 337. 6785.

In prima pagina libri haec leguntur ab Emerico Madách cele-
 berrimo poeta Hungarico scripta: A Magyar Tud. Akadémiának ajánlja
 Madách Imre. A Sztregován 1862. aug. 23-án. E nap kedves emlékeül,
 midőn Kubinyi Ferencz és Romer Flóris barátimat magamnál tisztelhetni
 szerencsém volt. (Hoc est: Academiae Scientiarum Hungaricae d. Emericus
 Madách A. Stregovae 1862. die 23. Aug., quo die Franciscum Kubinyi et

Florianum Romer amicos carissimos in mea domo salutare mihi concessum erat.)

226.

1493. Norimbergae

Biblia Latina cum Postillis Nicolai de Lyra. Vol. I. et IV.

Vol. I. *F. 1 deest. Fol. 2 et 4 ex dimidia parte abscissa sunt. F. 22^a*: Incipit liber Genesis qui || dicitur hebraice bresith. || Capitulum. j. *In fine textus f. 424^a col. 2*: Explicit oratio manas||ses regis iuda.

Vol. IV. *F. 1 vacat. F. 2^a*: Incipit postilla super Mattheum fratris Nicolai de lyra || ordinis fratrum minorum. *F. 3^a col. 1 lin. 44*: Explicit prohemium || Incipit epistola beati hiero. ad damasum pa||pam in quatuor euangelistas. *In fine f. 345^b*: Exactum est Nuremberge insigne hoc: ac inusitatum opus biblie || vnacum postillis venerandi viri ordinis minorum fratris Nicolai || de lyra: cumque additionibus per venerabilem episcopum Paulum burgen||sem editis: ac replicis magistri Mathie dorinck eiusdem ordinis || minorum fratris et theologi optimi: caractere vero impressum habes || iucundissimo: impensisque Anthonij kobergers prefate ciuitatis in-||cole. Anno incarnate deitatis .M. ccccxcij. die vero duodecima || Aprilis. De quo honor inuietissime trinitati necnon intemerate || virgini Marie iesu christi gerule: Amen. *F. 346^a*: Incipit libellus editus per magistrum Nicolaum || de lyra ordinis minorum theologie professorem: in || quo sunt pulcherrime questiones iudaicam perfidiam || in catholica fide improbantes. *F. 351^b col. 2*: Et sic est finis. Laus deo.

Fol. char. goth. mai. et min. Textus in medio 2 col. a glossa circumdatur. Cum inser. col. 71 lin. Vol. I. cum Aa_{ii} — Az_v + Ba — Bz_v + Ca — Cg_v sig. 424 foll. (in nostro exemplari 423, nam fol. I deest). Vol. IV. cum a_{ii} — z_v + aa — xx_v sig. 351 foll.

Vol. II. et III. desunt.

Maitt. I. p. 555. ; Panzer Nürnberg p. 127. 206. ; Gras p. 141. (Vol. I. 414 foll.) ; Panzer II. p. 212. 220. ; Hain I. I. p. 430. 3170.

F. 2^a Vol. IV. hae notæ leguntur: «Ex libris Philippi Weinmelleri parochi Pfarkirchensis Anno 1608.» et «Conuentus Viennensis ord. Prædic.»

227.

1493. Norimbergae.

Gregorius IX. Papa. Decretalium Libri V. cum Glossa.

F. 1^a tit. rubro: Decretales cum summarijs suis || et textuum diuisionibus ac etiam || rubricarum continuationibus. *F. 2^a col. 1 rubro*: In nomine sancte trinitatis amen. Com||pilatio decretalium Gregorij. ix. ()RE||GO||RI||VS || *nigro*: Episco||pus ser||uus ser||uorum dei. etc. *Glossa rubro*: ()Regorius *nigro*: In huiusmodi libri principio quinque pre||cipue sunt prenotanda. etc. *F. 382^a in fine glossae*: Finis *F. 382^b vacat. F. 383—386 desunt. Colophon, ex quo elucet, hanc Decretalium compilationem per Antonium Koberger . . . Nuremberge impressam . . . Anno salutis 1493. X. die. mensis marcij. esse, f. 386^b legitur; sed hoc folium deest.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum a_{iii}—z₅ + A—Z₅ + AA—BB₅ sig. et pp. nn. 386 foll. (in nostro exemplari 382 foll.) 2 col. 73 lin. Textus a glossa circumdatus rubro et nigro impressus est. Cum inser. pag. et litt. init. maior. rubro impr.

Denis Suppl. p. 346. 2874.; Gras p. 144. (382 foll.); Panzer Nürnberg p. 126. 205.; Seemiller IV. p. 39. 39.; Panzer II. p. 212. 219.; Hain I. 2. p. 520. 8030.

228.

1493. Norimbergae.

Schedel (Hartmannus). Medic. Norimb. Liber Chronicarum.

F. 1 deest. F. 2^a: Tabula operis huius de tem||poribus mundi. etc. *F. 20^b col. 2*: Finit registrum *F. 21^a (c. n. I)*: Epitoma operum sex dierum de mundi fabrica Prologus *F. 21^b icon xylogr. F. 22^a (c. n. II) incipit chronica*: (I)N principio creauit deus celum et terram. etc. *In fine f. 320^b*: ADest nunc studiose lector finis libri Cronicarum per || viam epithomatis et breuiarij compilati opus quidem || preclarum. et a doctissimo quoque comparandum. Continet|| enim gesta. quecumque digniora sunt notatu ab initio mundi ad || hanc vsque temporis nostri calamitatem. Castigatumque a viris || doctissimis vt magis elaboratum in lucem prodiret. Ad in||tuitum autem et preces prouidorum ciuium Sebaldi Schreyer|| et Sebastiani kamermaister hunc librum dominus Antho||nius koberger Nuremberge impressit. Adhibitis tamen vil||ris

mathematicis pingendique arte peritissimis. Michaelē || wolgemut et wilhelmo Pleydenwurff. quarum solerti acu-||ratissimaque animaduersione tum ciuitatum tum illustrium || virorum figure inserte sunt. Consummatum autem duodeci-||ma mensis Iulij. Anno salutis nostre. 1493. *F. 321^a*: De Sarmacia regione Europe *F. 325^b*: Ad deum optimum maximum de his que mirabilia gessit pro iustissimō et excelso Maximiliano rege romanorum *carmen. In fine*: Laus deo

Fol. max. char. goth. s. s. c. 20 non num. + 300 num. + 5 non num. = 325 foll. Cum inser. pag. et fig. xylogr. circa 2250. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 557.; *Panzer Nürnberg p. 127. 207.*; *Gras p. 142.* (320 foll.); *Seemiller IV. p. 39. 35.*; *Panzer II. p. 212. 221.*; *Santander III. p. 343. 1214.*; *Dibdin III. p. 255—281. 667.*; *Ebert I. p. 322. 4147.*; *Hain II. 2. p. 293. 14508.*; *Brunet I. p. 1860.*; *Könyrszemle 1880. p. 311.*

Chronicon historiam Hungariae a fol. 290^a usque ad fol. 292 cum hac inscriptione tractat: «De hungaria et gentis in ea olim pannonia appellata». Figura ligno incisa, quae ibi apposita est, iterum occurrit paucis foliis post in «Walachia» et «Prussia».

F. 2^a haec nota legitur: «Societatis Iesv 1631. Oppaviae.»

229.

1493. Norimbergae.

Schedel (Hartmann). Chronik.

F. 1^a tit.: REGISTER Des || buchs der Cro-||niken vnd geschichten, || mit figuren vnd pildnus||sen von anbegynn der welt || bis auf dise vnnsere Zeit || *F. 2^a—10^b index. F. 11^a (c. n. I)*: Ein kurtze beschreybung des wercks der sechs tag von dem geschöpff der werlt die vorrede. *F. 11^b icon xylogr. F. 12^a incipit opus*: In dem anfang hat got beschaffen himel vnd erden etc. *In fine f. 297^b*: Hie ist entlich beschlossen das büch der Cronicken vnd gedechtnus wirdigern || geschihten von anbegynn der werlt bis auf dise vnnsere zeit von hohgelehrten mannen in || latein mit grossem fleiss vnd rechtfertigung versammelt. vnd durch Georgium al||ten dessmals losungschreiber zu Nürnberg auss demselben latein zu zeiten von || maynung zu maynng. vnnd beyweylen (nit on vrsach) ausszugs weise in diss || teütsch gebracht. vnnd darnach durch den erbern vnnd achtpern Anthonien || koberger daselbst zu Nürnberg gedruckt. auf anregung vnd begern der erbern || vnd weysen Sebalden schreyers vnd Sebastiann kamermaisters burgere da||

selbst. vnd auch mitanhangung Michael wolgemüß vnd Wilhelm pleyden||wurffs maler daselbst auch mitburger die diss werck mit figuren wercklich ge||ziert haben. Volbracht amm .xxij. tag des monats Decembris Nach der gepurt || Cristi vnssers haylands M. cccc. xcij. jar.

Fol. max. char. goth. s. s. c. 10 non num. + 287 num. = 297 foll. cum figg. xylogr. et inser. pagg.

Freytag An. p. 825. ; Panzer Nürnberg p. 128. 208. et Annalen p. 204—206. 360. ; Seemiller IV. p. 39. 36. ; Gras p. 143. (306 foll.) ; Ebert I. p. 322. 4148. ; Hain II. 2. p. 294. 14510. ; St. Gallen Bibl. p. 218. 1300. ; Könyrszemle 1880. p. 313.

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra, quorum alterum mutilum est. Exemplar supra descriptum Iosephus Hinka dono dedit.

230.

1493. Paduae.

Aristoteles. Parva Naturalia cum Commentariis S. Thomae de Aquino.

F. 1^a tit. : In presenti volumine lector subscripta || reperies opuscula philosophorum principis Aristote||lis per diuini thome aquinatis commentaria || compendiose exposita. || De sensu et sensato. || De memoria et reminiscentia. || De somno et vigilia. || De motibus animalium. || De longitudine et breuitate vite. || De iuuentute et senectute. || De respiratione et inspiratione. || De morte et vita. || De bona fortuna. || Ultimo altissimi proculi de causis cum eius||dem .s. Thome commentationibus. *F. 2^a :* Incipit expositio libri de sensu et sensato Aristo||telis secundum eximium doctorem sanctum Thomam de aquino. *In fine f. 99^b col. 2 :* Parua hec aristotelis naturalia cum sancti Thome || aquinatis expositione. Dilligentissime emendata fuere || per Clarissimum artium et medicine doctorem Magistrum || Onofrium de funtania Placentinum : ac Impressa || Padue per Hieronimum de durantis. Anno domini || .Mccccxxxij. die xxij. mensis May ad laudem || eterni dei eiusque gloriosissime matris virginis Marie. || FINIS. || Nouerint omnes quod supranominatus huius voluminis opifex videlicet || magister Hiero. Durante etc. *F. 100^a registrum.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum a_j — q_{iii} sig. s. c. pp. nn. 100 foll. 2 col. 65 lin. cum inser. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 557. ; Panzer II. p. 376. 82. et IV. p. 406. 82. ; Hain I. 1. p. 214. 1719. ; Hoffmann I. p. 350. -

231.

1493. Venetiis.

Aquino (Thomas de). Interpretatio in Metaphysicam Aristotelis.

F. I^a tit.: Commentaria sancti Thome super libros || metaphysice *F. 2^a rubro*: Diui Thome Aquinatis sacri ordinis predicatorum || Aristotelis clarissimi ac fidissimi commentatoris in primum || librum methaphysice preclarissima commentaria. *F. 153^b col. 2*: Expliciunt preclarissima comentaria in .xii. libros methaphysice artis angelici doctoris diui thome aquina||tis sacri ordinis predicatorum. *Reliqua folia desunt. Colophon secundum Panzerum*: Impressum fuit hoc opus Venetiis per Simonem Beuilaquam Papiensem. Anno domini. M. CCCC. LXXXIII. die XX. Decembris.

Fol. char. goth. mai. et min. cum a₂ — 4₂ sig. s. c. pp. nn. In nostro exemplari 153 foll. 2 col. Cum inser. pag. et marg. Litt. init. non sunt expictae.

Denis Suppl. p. 357. 2967. ; Panzer III. p. 340. 1678. ; Hain I. 1. p. 182. 1509.

232.

1493. Venetiis.

Catullus, Tibullus et Propertius. Carmina cum Commentariis Parthenii, Bernardini Cyllenii et Philippi Beroaldi.

F. I^a tit.: Tibullus Catullus et || Propertius cum comento. *F. I^b*: Bernardinus Veronensis clarissimo uiro Baptistae Vrsino aerarii pontifi. custodi. || et almae urbis Gymnasii (*sic*) uicerectori bene merito. Salutem plu. dicit. *Bernardini Veronensis elegiam sequitur eodem auctore vita Tibulli. F. 2^b*: ALBII Tibulli equitis Romani poetae cla-||rissimi liber primus. *F. 36^b*: Finis. *F. 37^a*: () Ntonius Parthenius Lacisius Veronensis Iulio Pomponio salutem. etc. *Eod. fol. lin. 20*: Antonii Parthenii Laciscii (*sic*) Veronensis in Catulum (*sic*) commentationes. *F. 37^b lin. 15*: Catulli Vita. *F. 38^a*: Valerii Catulli Veronensis poetae claris-||simi ad Cornelium nepotem. *Comment.*: Ad Cornelium nepotem. () Voi dono

laepideum nouum libellum. *etc.* *F.* 76^a: Iacobus Comes Iularius Veronensis suo Parthenio salutem. *Eod. fol. lin. 27*: Ad Magnificum Minum Roseium Senatorem Bononiensem Philippi Beroaldi Bononiensis epistola. *F.* 77^a *incip. textus*: Propertii Poetae Elegiographi Cla||rissimi Liber Primus ad Tullum. *Comment.*: Ad Magnificum (*sic*) Minum Roseium Philippi Beroaldi Bononiensis Commentarii in Propertium. *In fine f. 157^a post* «Eiusdem Philippi heroaldi (*sic*) hedecassyllabon (*sic*): Commentarii in Propertium a Philippo Beroaldo || edit Anno salutis. Impressum Venetiis per Sy||monem beuilaqua Papiensem. M. cccc. lxxxiii. || die xxvi. mensis Iunii. *Sequuntur versus*: Sit Christe Rex piissime *etc.* *F.* 157^b: Hieroymi (*sic*) Salii fauentini in inuidum carmen *et registrum.* *F.* 158 *vacat.*

Fol. char. rom. mai. et min. cum a_{ii} — x_{iii} sig. s. c. et pp. nn. 158 foll. Comment. 62 lin. Cum inser. pag. Text. a comment. circumdatus. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 560.; Panzer III. p. 339. 1674.; Ebert I. p. 292. 3753. nota; Hain I. 2. p. 78. 4764.; Schweiger II. 1. p. 77.; Holtrop p. 406. 482.; Brunet I. p. 1677.; St. Gallen Bibl. p. 233. 1398.

233.

1493. Venetiis.

Diodorus Siculus. Bibliotheca, Latine per Poggium.

F. 1^a: Pogius florentinus ad Nicolaum quintum Pont. Max. *Eod. fol. post titulos primi libri lin. 52*: Diodori Siculi a Poggio florentino in latinum traducti de antiquorum gestis fabulosis Liber primus. *In fine f. 51^b post registrum*: Explicit feliciter opus Diodori siculi diligenter ac accuratissime emendatum acque (*sic*) Venetiis impres||sum per Philippum Pincium Mantuanum die uigesima nouembris anno domini a natiuitate .M. cccc. lxxxiii. || Laus deo FINIS *F. 52 vacat.*

Fol. char. rom. cum a — i_{ii} sig. s. c. 52 foll. num. 59—60 lin. cum. inscr. pag. et marg. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 558.; Panzer III. p. 341. 1688.; Hain II. 1. p. 290. 10260.; Hoffmann II. p. 67.; Brunet II. p. 717.

234.

1493. Venetiis.

Palude (Petrus de). Scriptum in Quartum Sententiarum.

Fol. 1 et 2 desunt. F. 3^a : Incipit liber quartus sententiarum. De || sacramentis et signis sacramentalibus. F. 242^b col. 2 : Explicet scriptum in quartum sententiarum Clarissimi Acu||tissimique doctoris Petri de Palude patriarche Hieroso-||lymitani ordinis fratrum predicatorum perquamdiligentissime || Impressum Uenetijs per Bonetum Locatellum Bergo||mensem mandato Nobilis viri Octauiani Scoti Ciuis Mo||doetiensis. Anno a natali partu Intemperate Uirginis nona||gesimotertio cum Quadringentesimo supra millesimum. || XII. Kalendas Octobris. Sequuntur epigrammata tria : In laudem Petri de Palude ordinis predicatorum Pa-||triarche Ierosolymitani in fine quarti sententiarum loqui||tur ipse auctor. F. 243—248 desunt.

Fol. char. goth. mai. et min. cum a—4+aa—dds sig. et pp. nn. s. c. 248 foll. (in nostro exemplari 240, nam 2 foll. non num. ab initio et 6 foll. non num. a fine desunt). 2 col. 66 lin. Cum litt. init. florent., quae expictae sunt, et cum inscr. pag.

Maitt. I. p. 565. ; Denis Suppl. p. 352. 2930. ; Panzer III. p. 333. 1629. ; Hain II. 2. p. 4. 12286. ; Holtrop p. 408. 494. (247 foll.).

235.

1493. Venetiis.

Quintilianus (M. Fabius). Institutiones Oratoriae, cum Annotationibus Raphaelis Regii.

F. 1 deest. F. 2^a : TABVLA QVINTILIANI. F. 2^b : FINIS. F. 3^a lin. 7 textus : M. Fabius Quintilianus Tryphoni Salutem. Comment. : Raphaelis Regii in deprauationes oratoriae Quintiliani institutionis annotationes. In fine f. 204^b : M. Fabii Quintiliani oratoriarum institutionum. Vna cum an-||notationibus in deprauationes eiusdem. Finis. || Venetiis per Bonetum Locatellum : mandato ac sumptibus || Nobilis Viri Octauiani Scoti Ciuis Modoetienses (sic) Anno ab in-||carnatione Redemptoris nostri Christi Iesu Optimi Maximique. || M. CCCCLXCIII. (sic) XVI. Kalendas Sextiles. F. 205^a Quintiliani vita. F. 205^b registrum et insignia typogr. cum litt. OSM.

Fol. char. rom. mai. et min. cum a—Rs sig. s. c. et pp. nn. 205 foll. Comment. circumdat textum. 61 lin. cum inser. pag. et litt. init. florent.

Maitt. I. p. 559.; Panzer III. p. 333. 1628.; Ebert II. p. 562. 18423. (206 foll., ult. fol. vacat); Hain II. 2. p. 186. 13652.; Schweiger II. 2. p. 841. (206 foll.); Brunet IV. p. 1024.

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra.

236.

1494. Sine Loco.

Richardus de S. Victore. De Duodecim Patriarchis.

F. 1^a tit.: Richardus de duo-||decim patriarchis. *F. 2^a*: Annotatio capitulorum libri de || duodecim patriarchis magistri Ri-||chardi de sancto victore. *F. 5^a*: Finis. *F. 5^b*: Uenerabilis deuoti et eximij con-||templatoris magistri Richardi de san||cto victore liber de minori contempla||tione qui et de duodecim patri-archis || inscribitur feliciter incipit. || De studio sapientie et eius commen-||datione. Capitulum primum. *In fine f. 73^b*: Explicit liber de minori contemplatione: qui de || duodecim patriarchis inscribitur: deuoti contem||platoris magistri Richardi de sancto Victo-||re. Anno domini. etc. M. cccc. xciiij. *F. 74 vacat.*

s. l. 12^o char. goth. cum a2—is sig. s. c. et pp. nn. 74 foll. 27 lin. cum inser. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 581.; Panzer IV. p. 60. 514.; Hain II. 2. p. 221. 13912. (qui cum libro de arte mystica 221 foll. numerat); Holtrop p. 424. 578. (Norimbergae, Anth. Koberger).

237.

1494. Argentinae.

Gerson (Johannes de). Opera. Vol. I.

Praecedit inventarium foll. 51 cum titulo F. 1^a: Inuentorium eorum que in ope||ribus Gersonis continentur *F. 1^b icon xylogr.* *F. 2^a*: Inuentarium prom-||ptum eorum que in operibus et libris Iohannis || Gerson christiani doctoris vel tractantur vel || tangun-
tur. *F. 51^a col. 2*: Finit *F. 51^b et 52 vacant.* *Operis f. 1^a tit.*: Prima pars operum || Iohannis Gerson *F. 1^b icon.* *F. 2^a*: Iohan-
nes cancellarius parisiensis Ger||mano suo charissimo ordinis celestinorum. etc. (*Datum*: Scriptum Constatie prima Ianuarij. 1416.) *Sequuntur versus et compendiosa laus Iohannis de Gerson.*

F. 3^a col. 2 lin. 10 : Annotatio titulorum || operum doctoris christianissimi Iohannis de || Gerson etc. *F. 4^b finitur* ; *deinde sequuntur versus* : Fortis in ecclesia bellator maxime Gerson etc. *F. 5^a* : Incipiunt opera et || tractatus magistri Iohannis de Gerson, sa||crarum litterarum doctoris resolutissimi et chri||stianissimi, ac cancellarij Parisiensis. etc. *In fine f. 217^b col. 1* : Prima pars operum magistri Io-||hannis de Gerson sacrarum litterarum || doctoris resolutissimi christianis-||simique complectens tractatus fidem || ac potestatem ecclesiasticam c ncernentes, || finit feliciter Anno dominice natiuita-||tis. M. cccc. xciiij. Idibus decembris *F. 218 vacat.*

Fol. char. goth. cum A₂—G₅+a₂—z₄+aa—gg₅ sig. s. c. et pp. nn. 51+218 foll. 2 col. 53 lin. cum inser. pag.

Vol. I. huius editionis in tribus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra. Voll. II—IV desunt.

Maitt. I. p. 571. nota 2. ; *Denis Suppl. p. 369. 3090.* ; *Seemiller IV. p. 50. 48.* ; *Panzer I. p. 51. 258.* ; *Hain I. 2. p. 462. 7625.* ; *St. Gallen Bibl. p. 100. 606.*

F. 1^a haec coeva annotatio legitur : »Stephani Rosini . . . sum» *F. 2^a* «Nouitiatus Conuentus Viennensis 1633.» (manus alia add. : «Praedicatorum»).

238.

1494. Argentinae.

Michaelis de Hungaria. Sermones Praedicabiles.

F. I^a tit. : Sermones Michaelis de || vngaria predicabiles per || totum annum licet breues. *F. 2^a incipit tabula.* *F. 10^b* : Explicit tabula tredecim sermonum *F. 11^a* : Sermones || tredecim vniuersales Ma-||gistri Michaelis de vnga-||ria incipiunt feliciter. || Sequitur. humiliat. dominus || filius. voca. seruit. Stans mo||ritur. diligit. venit. ambula. || surge resurge. *In fine f. 112^a col. 2* : Et sic est finis sit laus et || gloria trinis. Impressum || Argentine Anno domini. M || cccc. xciiij.

4^o char. goth. cum 2—5+a—q₄ sig. s. c. et pp. nn. 112 foll. 2 col. 34 lin. cum inser. col. Litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 580. ; *Panzer I. p. 52. 265.* (qui falso affirmat, hanc editionem dubiam esse) ; *Hain II. I. p. 114. 9047.* ; *Könyrszemle 1880. p. 315.*

Liber olim «Monasterii S. Augustini (?) Herbipoli.»

239.

Ab anno 1494. (Augustae Vindelicorum.)

**Regiomontanus (Johannes). Ephemerides ab anno 1494.
ad annum 1506.**

F. 1^a vacat. F. 1^b: Tabula regionum F. 6^a: Iohannis de monte regio germa-||norum decoris: etatis nostre astrono-||morum principis Ephemerides. F. 12 vacat. F. 13^a tit.: Ephemerides anno salutis || M. cccc. xciiij. F. 194^a expl. calendarium anni 1506.

4^o s. l. et typ. nom. char. goth. cum a₂—o₆ sig.; s. c. et pp. nn. 194 foll. 44. lin.

Denis Suppl. p. 649. 5746.; Panzer IV. p. 183. 1034.; Hain II. 2. p. 206. 13794.

Hoc opus ex officina Erhardi Ratdolt prodisse videtur, nam forma literarum valde congruit cum typis Calend. Regiomontani sub no. 208 descripti.

240.

1494. Bononiae.

Aquino (Thomas de). Super Secundo Sententiarum.

F. 1—8 desunt. Hoc exemplar incipit cum fol. 9 (c. sig. b). In fine f. 179^b col. 2: Explicit scriptum Angelici doctoris sancti Tho||me aquinatis ordinis predicatorum in secundum sen-||tentia- rum: acuratissime emendatum: per venerabi-||lem patrem fratrem Paulum Soncinatem ex eo-||dem ordine sacrarum litterarum per- spicacissimum || baccalarium: Nec non diligentissime reuisum: per vene-||rabilem patrem fratrem Marcum de Beneuento ordinis || sancti Benedicti congregationis Celestinorum: artium ba||ccalarium. Impressum Bononie impensis Benedicti || Hectoris bononiensis. Anno christi M. cccclxxxiiii. || die vigesimo septimo madii. (sic) Ioane bentiuolo secundo || reipu. Bononiensis habenas feliciter moderante. || Laus Deo. F. 180^a: Incipiunt tituli seu articuli secundi libri || sententiarum. F. 181^b: FINIS. || Explicuiunt tituli articulorum Sancti Thome de aquil||no ordinis predicatorum super secundum sententia||rum. Sequuntur insignia typogr. cum litt. B. F. 182^a registrum.

Fol. char. goth. mai. et min. cum a—4_{ijj}+A - E_{ijj} sig. s. c. et pp. nn. 182 foll. (in nostro exemplari 174). 2 col. 64—65 lin. Cum inser. col. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 578., iterum p. 583.; Seemiller IV. p. 51. 49.; Panzer I. p. 228. 180.; Hain I. 1. p. 178. 1477.

241.

1494. Norimbergae.

Kempis (Thomas a). Opera.

F. 1^a tit.: Opera et libri vite fratris Thome de Kem-||pis ordinis canonicorum regularium quorum || titulos vide in prmo (*sic*) folio *F. 1^b:* Tituli operum librorum venerabilis pa-||tris Thome de Kempis ordinis canonico-||rum regularium. *F. 2^a:* Georgius Pirckamer presbyter Carthusie domus || Nurmberge humilis prior Magistro Petro Dan-||hausser orationes suas quam deuotissimas offert. (*Datum:* Ex Nurmberga. 16. kalendas. martias. Anno etc. 94.) *F. 3^a:* Reuerendo ac clementissimo in christo patri domino Georgio Pirckamer || presbytero priori. visitatori ordinis Carthusiensis. germanie Petrus || Danhausser obsequia sua summa veneratione et pietate recommendat. *F. 3^b:* Tituli capitulorum quatuor librorum de || imitatione christi. *F. 4^b:* Finis Registri de imitatione christi. *F. 5^a (c. n. t.):* Dulcissimi ac diui Thome de kempis vi||ri pijssimi religiosissimique de imitatione christi || opus: quod falso apud vulgares Gersoni pa-||risiensi cancellaris impingitur casta ac inteme||rata dei genitrice fauente libellus primus incipit || Capitulum .I. *In fine f. 184^a col. 2:* Opera et libri vite Thome de Kempis hac || charta quam salutari fine clauduntur in vigilia An||dree apostoli Anno christi. 1494. Nuremberge per || Caspar Hochfeder opificem accuratissime im||pressi.

Fol. char. goth. cum a—z^{iiij} + A—C^{iiij} sig. et pp. nn. 8 non num. + 180 num. (in nostro exemplari 178, nam foll. CLI. CLVIII. desunt) = 184 foll. (182); 2 col. 53 lin. cum inscr. pag. Litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 571.; Denis Suppl. p. 599. 5237.; Seemiller IV. p. 47. 29.; Panzer Nürnberg p. 136. 229.; Panzer II. p. 217. 247.; Hain II. 1. p. 216. 9769. (182 foll.); Brunet III. p. 650.

F. 1^a haec nota legitur: «Sum ex libris Caspari Fabri Caplan Zum folth. Anno 1608. die 17. ianuarii.»

242.

1494. Reutlingae.

Gvillermus. Postilla super Epistolas et Evangelia.

*Foll. 1—83 partis I. desunt. Hoc exemplar incipit cum fol. 84. F. 92^a col. 2: Postilla super Euangelia || dominicalia. et super euange-||lia de sanctis secundum sensum litte-||ralem collecta explicit F. 92^b et 93^a vacant. Pars altera. F. 1^a vacat. F. 1^b: ()Itam bonam et exitum be||atum Ego frater Guilerinus (*sic*) sa||cre theologie professor etc. In fine f. 60^a col. 2: Postilla Guil- lermi super || epistolas et euangelia per to-||tius anni circulum currentia. || Perque Michaellem greyff in || Reuttlingen Impressa. Anno || ab incarnationis salutifero Mi||lesimoquadringesimo no-||nagesimo quarto. kal. Ianuarij || Explicit feliciter.*

4^o char. goth. mai. et min. cum aij — hiiij sig. s. c. et pp. nn. In nostro exemplari 9 + 60 foll. 2 col. 49 lin. cum litt. init. expiet.

Denis Suppl. p. 370. 3099.; Zapf Schw. p. 208. 42.; Panzer II. p. 403. 41.; Hain I. 2. p. 555. 8287.

243.

1494. Romae.

Vegetius (Flavius Renatus). Epitome de Re Militari.

F. 1^a tit.: VEGETIVS DE RE MILITARI. F. 1^b: Io. Sulpitius Verulanus Petro Paulo de Comite Iuueni generoso et stre||nuo. S. P. D. F. 2^a: Flauii Vegetii Renati uiri illustris ad Valentinianum Augustum epi-||toma institutorum rei militaris ex commentariis Catonis: Celsi: Traiani: Ha-||driani: et Frontini. Liber primus. F. 36^a: Romae impressum per Eucharium Silber Alamanum. Anno a natali || christiano .M. cccc. xciiii. die. xxiiii. Octobris. F. 36^b vacat. F. 37^a: Sexti Iulii Frontini uiri consularis Strategematicon. Liber Primus. F. 66^a: FINIS. || Impressum Rome per Venerabilem uirum Magistrum Eucharium Sil||ber: alias Franck Anno. M. cccc. xciiii. die tertio nouembris. F. 66^b vacat. F. 67^a: Modestus de re militari ad Theodosium Augustum. F. 70^a: Modesti de re militari. Finis. F. 70^b vacat. F. 71^a: Aeliani de instruendis aciebus opus ad Diuum Hadrianum a Theodo||ro Thessalonicense latinum factum: et Antonio Panormitae Alphonsi re-||gis praecep-

tori dicatum. *F.* 87 et 88 desunt. *F.* 89^a: Onosander ad. Q. Verranium de optimo Imperatore eiusque officio per || Nicolaum Sagundinum e graeco in latinum traductus. *F.* 104^b: Onosandri De optimo Imperatore: eiusque officio: per Nicolaum Sagundi|| num e graeco in latinum Traducti. Finis.

4^o char. rom. cum a_{ii} — x_{ii} + A — D_{ii} sig. s. c. et pp. nn. 104 foll. (in hoc exemplari 102 foll.). 40 lin. cum inscr. pag. et litt. init. florent.

Maitt. I. p. 575.; *Laire Roma p. 280.*; *Seemüller p. 43. 2—6.*; *Punzer II. p. 511. 548.* et Onosander *ib. p. 512. 549.*; *Ebert II. p. 1014. 23436 nota*; *Schweiger II. 2. p. 1303.* (Vegetius 36 lin. cum a—i sig.); *Hoffmann III. p. 161.* (Onosander) et *ib. I. p. 15* (Aelianus cum a—y sig.)

«Liber a. 1794 Stephani Sándor» erat.

244.

1494. Venetiis.

Boccattius (Joannes) de Certaldo. Genealogiae Deorum libri XV.

F. I^a tit.: Genealogiae Ioannis Boccatii: cum demonstratio-
ni-||bus in formis arborum designatis. Eiusdem de || montibus et
sylv. de fontibus: lacubus: || et fluminibus. Ac etiam de stagnis ||
et paludibus: necnon et de || maribus: seu diuersis || maris nomi-
nibus. *F. I^b incipit tabula*: Genealogiae deorum gentilium ad ||
Vgonem inelutum Hierusalem et Cypri || regem secundum Ioannem
Boccattium de || certaldo Liber primus incipit foeli||ter (*sic*). Pro-
hoemium. *F. 5^b expl. F. 6^a*: Genealogiae deorum gentilium Ioan-
nis Boccacii de Certaldo ad Hugonem inclutum Hierusalem et
Cypri regem. Prohoemium *F. 7^a expl. F. 7^b char. goth.*: Primus
habet stirpem demogorgonis ethere dempto. *Deinde fig. xylogr.*
F. 9^a incipit opus: Liber primus || (S)Vnma cum maiestate tene-
brarum arbore descripta etc. *In fine f. 162^a col. 2*: Venetiis ductu
et expensis Nobilis uiri. D. Octauia-||ni Scoti ciuis Modoetiensis.
M.CCCC.XCIII. Septi-||mo kalendas Martias finis impositus fuit huic
operi. || per Bonetum Locatellum. *Sequuntur registr. et insignia
typogr. cum litt. OSM.*

Fol. char. rom. cum a₂—u₅ sig. et pp. nn. 162 foll. num. 62 lin.
Cum inscr. pag. litt. init. florent. et fig. xylogr.

Maitt. I. p. 579; *Seemüller IV. p. 54. 68.*; *Punzer III. p. 349.*
1762.; *Ebert I. p. 209. 2593 nota*; *Hain I. 1. p. 456. 3321.*; *St. Gallen
Bibl. p. 42. 268.*

245.

1494. Venetiis.

Curtius (Quintus Rufus). De Rebus Gestis Alexandri Magni cum Commentario Bartholomaei Merulae.

F. 1^a tit. : QVINTVS CVRTIVS. *F. 1^b* : Bartholomaeus Merula generoso adolescenti Francisco Georgii cornelii equitis et De||cemuii clarissimi filio salutem. *F. 2^a* : Q. CVRTII DE REBVS GESTIS ALEXANDRI MAGNI REGIS || MACEDONVM LIBERTERTIVS. *In fine f. 68^a* : Hos nouem. Q. Curtii libros de rebus gestis Alexandri magni regis Macedonum || quam accuratissime castigatos ab eruditissimo uiro Bartholomaeo merula. Impressit Ve||netiis (*sic*) Ioannes de Tridino alias Tacuinus. Anno. M. cccc. xciiii. die xvii. Iulii. *Deinde registrum et insignia typogr. cum litt. .Z. T.*

Fol. char. rom. cum a_{ii} — l_{iii} sig. s. c. et pp. nn. 68 foll. 45—46 lin. cum inscr. pag. et marg. Litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 574. ; Panzer III. p. 361. 1842. ; Ebert I. p. 426. 5528. ; Hain I. 2. p. 218. 5885. ; Schweiger II. 1. p. 316.

246.

1494. Venetiis.

Ferrariensis (Joannes). Liber de Coelesti Vita.

F. 1^a tit. rubrochar. goth. : Liber nouiter editus (*sic*) || De celesti vita. || In quo infrascripta continentur. || In primis. || De natura Anime rationalis. || De immortalitate Anime. || De inferno et cruciatu Anime. || De paradyso et felicitate Anime. *Deinde phoenix ex igni resurgens.* *F. 2^a* : DIVO Borsio principi illustrissimo : de celesti uita sachrae (*sic*) theologiae doctoris || excellentissimi domini magistri Ioanis (*sic*) ferrariensis ordinis minorum. Liber pri||mus foeliciter incipit. *F. 3^b lin. 13* : Explicit prohemium. || Tabula Capitulorum primi libri. *F. 4^a incipit opus.* *In fine f. 71^b* : Liber de coelesti uita sacrae theologiae doctoris clarissimi magistri Iohannis Fe||rrariensis ordinis Minorum nuper in lucem editus per eximium artium et Medici||nae Doctorem magistrum Antonium de Caucho||rio : Qui dum esset pro Illustrissimo et ex||celso pandulfo Malatesta ariminensium principe apud hoc serenissimum uenetorum do||minium orator ex singulari gracia obtinuit ne aliquis per

decennium eum librum || imprimere posset praeterquam a prudenti uiro Hieronymo blongio. Ciue florentino. || Qui omni studio cura et diligentia suaque impensa curauit ut emendatissime im-||prime- retur per Egregium uirum Matheum Capcasam Parmensem. Qui etiam cor-||rectissime impressit. Anno domini. M.CCCCLXXXIII. die. XIX. Decembris: re||gnante Serenissimo principe Augustino Barbadico Inclito duce Venetiarum. *F. 72^a registrum.*

Fol. char. goth. cum a_{ii} — m_{ii} sig. et pp. nn. 71 num. + 1 non num. = 72 foll. 44 lin. cum marg. litt. init. florent. et inser. pag. s. c. *Maitt. I. p. 572.; Seemiller IV. p. 53. 65.; Laire II. p. 193.; Panzer III. p. 356. 1807.; Hain I. 2. p. 366. 6982.; Holtrop p. 404. 471.; St. Gallen Bibl. p. 90. 559.*

F. 1^a haec nota legitur: «Emptus Anno domini 1497 pro 1 ort. fl.»(?)

247.

1494. Venetiis.

Herodotus. Historiarum libb. IX. Interprete Laurentio Valla.

F. 1 deest. F. 2^a: TABVLA HERODOTI F. 8^a col. 4: Finis Tabulae F. 8^b: Ant. Mancinellus Veliternus ad Reuerendum aedis Geminianae Antistitem: Diuique Mar-||ci Canonicum Nicolaum Rubeum Venetorum decus: omniumque bonarum artium et || uirtutis cultorem: F. 9^a ornamento xyl. expicto circumdat.: HERO- DOTI HISTORICI INCIPIT. || Laurentii Vallen. conuersio de Graeco in Latinum. In fine f. 142^a: Herodoti Halicarnasei (sic) patris historiae traductio e graeco in latinum per uirum || eruditissimū Laurentium Valensem. (sic) Venetiis impressa per Ioan- nem et Gregorium de Gregoriis || Fratres. Anno domini. M. CCCC. XCIII. die. viii. Martii. Sequitur registrum.

Fol. char. rom. cum A_{ii} — A_{iii} + a_{ii} — x_{iii} sig., inser. et num. pag. 8 non num. + 134 num. = 142 foll. (in hoc exemplari 141 foll., nam fol. I. deest) 44—45 lin. cum marg. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 574.; Seemiller IV. p. 46. 24.; Panzer III. p. 348. 1752.; Hain II. 1. p. 21. 8472.; Hoffmann II. p. 375.; Brunet III. p. 126.

248.

1494. Venetiis.

**Horatius (Quintus Flaccus). Opera cum Commentariis
Acronis, Porphyronis, Landini et Mancinelli.**

F. 1^a: Ant. ancinellus (*sic*) Veliternus Pomponio laeto Romani eloquii principi summaeque prudentiae uiro. (Datum: Venetiis Idibus Octobribus. M. cccxcxii.) *Eod. fol. lin. 30*: Ode quid per Anto. Mancinellum: *Deinde lin. 39^a*: Horatii Venusini uita per Ant. Mancinellum edita. *F. 1^b lin. 38*: Domicus palladius soranus ad lectorem. *F. 2^a incipit liber odarum*: Prima Ode Monocolos || ad Mecoenatem *F. 141^b*: Q. Horatii Flacci Libri || Quarti Carminum. Finis *F. 142^a*: Q. Horatii Flacci carmen epodon in||cipit. Prima ode dicolos distrophos ad || Mecoenatem. *F. 163^b explicit*. *F. 164^a*: Q. Horatii Flacci Carmen Saeculare. *F. 165^b*: Carminis Saecularis Finis. *F. 166^a*: Q. Hora. Flacci de arte poetica ad pisones. *F. 180^a*: Q. Horatii flacci artis poeticae Finis. *F. 180^b*: Quinti Horatii Flacci Sermonum Li||ber primus. Satyra prima. *F. 226^a*: Q. Hora. Flacci Epistolarum Liber Primus || Epistola prima ad Mecoenatem. *In fine f. 259^a*: Horatii Flacci poetae opera: a Boneto Locatello Venetiis Impressa: Anno salutis. M. cccc. xciiii. Pridie Idus || martias. Octauiano Schoto. litterarum doctorumque amantissimo pecunias impendente. *F. 259^b*: Vocum ac rerum Index. *F. 262^a col. 4*: FINIS. *F. 262^b registrum*. *F. 263^a insignia typogr. cum litt. OSM.*

Fol. char. rom. mai. et min. cum A—R₄+A—G₈ sig. 1 non num. + 258 num. + 4 non num. = 263 foll. 62 lin. cum marg. inser. pag. Litt. init. florent. quorum plurimae minio expictae sunt. Comment. circumdat textum.

Maitt. I. p. 575.; *Panzer III. p. 349. 1763.*; *Ebert I. p. 823. 10135.*; *Hain II. 1. p. 90. 8890.*; *Schweiger II. 1. p. 389.*; *Brunet III. p. 310.*

Hoc exemplar Franciscus Pulszky dono dedit bibliothecae nostrae.

249.

1494. Venetiis.

**Juvenalis (Decius Junius). Satirae cum Commentariis Domitii
Calderini, Antonii Mancinelli et Georgii Vallae.**

F. 1^a icon xylogr. cum inscriptione: ANTO. MANCI. IUVENALIS DO. GEOR. VAL. *Infra*: Argumenta Satyrarum Iuuenalis

per An-||tonium Mancinellum. || Prima docet Satyrae causas: formamque libelli. *etc.* *F. 1^b*: Antonii Mancinelli Veliterni ad Reuerendum Aedis Geminianae Antistitem. Diuique Marci Cano||nicum Nicolaum rubeum patritium Venetum. Omnium bonarum artium et uirtutis Cultorem. In Iu-||uenalis satyrici poetae Commentarios praefatio. (Datum Venetiis. v. idus iunias Anno christianae salutis. Mcccc. xcii.) *Eod. fol. lin. 27*: Iuuenalis Comoda per Antonium Mancinellum. (*sic*) *Deinde lin. 49*: De Satyra per Antonium Mancinellum. *F. 2^a*: Loca quaedam e plurimis uel intacta uel secus ab aliis || quam Ant. Mancinello exposita: *etc.* *Eod. fol. col. 2 Iuuenalis carminum emendationes et in Ant. Mancinelli commentariis emendanda quaedam. F. 2^b post indicem*: Domitii calderini Veronensis secretarii apostolici in commentarios Iuuenalis ad||d (*sic*) clarissimum uirum Iulianum Medicen Petri cosmi filium florentinum *F. 3^a lin. 25*: Iuuenalis uita ex antiquorum monumentis. *Eod. fol. lin. 39*: Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici commentarii in satyras Iuuenalis || ad clarissimum uirum Iulianum Medicen Petri Cosmi filium florentinum. *F. 3^b lin. 19*: ILLVSTRI uiro Ioanni Tucci pannonico Georgius Valla Salutem dicit plurimam. *F. 4^b lin. 8*: Georgii Vallae Placentini in Iuuenalis satyras Commentarii. *F. 5^a*: Vocum ac rerum Index. *F. 8^b col. 4*: FINIS. *F. 9^a*: Iuuenalis Satyra .I. *Comment.*: Argumentum satyrae primae || Prima docet Satyrae causas: formamque libelli. *F. 198^b*: Domitii Calderini Veronensis Secretarii apostolici defensio aduersus Brotheum grammaticum commen-||tariorum Martialis calumniatorem. cum recriminatione retaxationis Plinianae: in qua Brotheus ducen||tis et septuagintaquinque locis praestantissimum scriptorem deprauauit. *In fine f. 201^b*: Venetiis impressum est hoc Iuuenalis opus cum tribus commentis per Ioannem de Cel||reto de Tridino .M. CCCC. XCIII. die uero xxviii. Ianuarii. *Sequitur privilegium in decem annos. F. 202^a registrum et insignia typogr. cum litt. : .Z. T.*

Fol. char. rom. mai. et min. cum A_{ii} — B_{ii} + a — & iii sig. cum pp. nn. 8 non num. + 187 num. + 7 non num. = 202 foll. Comment. circumdat textum. 62 lin. cum marg., inser. pag. et litt. init. florent. expict.

Maitt. I. p. 576.; Seemiller IV. p. 53. 64.; Gras p. 146. (195 foll.); Panzer III. p. 360. 1836.; Hain II. I. p. 209. 9710.; Schueiger II. I. p. 501. (195 foll.).

250.

1494. Venetiis.

Linconiensis (Robertus). Commentaria in Libros Posteriorum Aristotelis.

F. 1^a tit.: Commentaria Roberti Linconiensis || in libros posteriorum Aristotelis. Cum || textu seriatim inserto. || Scriptum Gualterij Burlei super eosdem || libros Posteriorum. *F. 2^a*: Roberti linconiensis archiepiscopi (*sic*) parisiensis in || aristotelis posteriorum analeticorum (*sic*) librum commen||taria feliciter incipiunt *F. 31^b col. 2*: Finis librorum Aristotelis summi philosophi de analeticis (*sic*) || posterioribus: et interpretationis Linconiensis commentatoris || illustris. Ad honorem domini nostri Iesu christi. qui est benedi||ctus in secula Amen. *F. 32^a*: Scriptum excellentissimi doctoris magistri gual||teri burlei super libro posteriorum aristotelis felici||ter incipit. *In fine f. 35^a col. 2*: Expliciunt conclusiones cum probationibus suis date a magistro || Gualterio burleo. Impresse Uenetijs sumptibus Nobilis Uiri || Domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis. Millesimo || quadringentesimo nonagesimo quarto. Quarto idus nouembris. || Per Bonetum Locatellum Bergomensem. *F. 35^b registrum et insignia typogr. cum litt. OSM.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum a2—f3 sig. et pp. nn. 35 foll. num. 2 col. 74 lin. cum inscr. pag. et litt. init. florent.

Maitt. I. p. 583.; *Punzer III. p. 350. 1767.*; *Hain II. 1. p. 265. 10105.*; *Brunet IV. p. 1334.*

251.

1494. Venetiis.

Ovidius (Publius Naso). De Arte Amandi et de Remedio Amoris.

F. 1^a tit.: OVIDIVS DE ARTE AMAN||DI ET DE REMEDIO || AMORIS CVM || COMENTO *F. 1^b*: BARTHOLOMEVS MERVLA: GENEROSO ADOLESCENTI FRANCISCO || GEORGII CORNELII EQVITIS ET DECENVIRI CLARISSIMI FILIO S. S. *F. 2^a*: P. OVIDII NASONIS SVLMONEN||SIS DE ARTE AMANDI LIBER || ERIMVS (*sic*) INCIPIT. *Comment.*: BARTHOLOMEI MERVLAE: IN PRIMVM OVIDII DE ARTE || AMANDI LIBRVM

ENARRATIONES. *F. 42^b*: P. OVIDII NASONIS DE ARTE || AMANDI FINIS. *F. 43^a*: P. OVIDII NASONIS DE REMEDIO || AMORIS LIBER PRIMVS INCIPIT. *Comment.*: BARTHOLOMEI MERVLAE ENARRATIONES IN PRIMVM OVI-||DII VOLV MEN DE REMEDIO AMORIS. *F. 55^a in fine text.*: P. OVI. NA. DE RE. AMO. FINIS. *F. 55^b col. 1*: M. ANTONII ANTIMACHI || MANTVANI CARMEN *Eod. fol. col. 2*: DOMICII PALLADII SORANI || CARMEN *Ibid. lin. 17*: Habes Francisce Generose Enarrationes nostras etc. *In fine*: Enarrationes in Ouidium de Arte Amandi. et de Remedio Amoris diligenter: et accurate compositas a Bartolomaeo Merula Mantuano. Impressit Venetiis Vir solers et Indu-||strius Ioannes de Tridino alias Tacuinus. Anno salutis. Mccccxxxiii. Tertio nonas iulias: Augustino Barbado Duce Inclyto ac foelicissimo. *Sequitur privilegium in decem annos. F. 56^a registrum et insignia typogr. cum litt.*: Z. T.

Fol. char. rom. mai. et min. cum a_{ii} — g_{iii} + A — C_{ii} sig. et pp. nn. 56 foll. num. 58—60 lin. Textus a comment. circumdat. Cum litt. init. florent., marg. et inser. pag.

Maitt. I. p. 575.; *Denis Suppl. p. 375. 3143.*; *Panzer III. p. 360. 1840.*; *Hain II. I. p. 554. 12221.*

252.

1494. Venetiis.

Strabo. Geographiae libri XVII. Latine.

F. 1^a tit.: STRABO DE SITV ORBIS *F. 2^a—16^a tabula. F. 16^b*: Ant. Mancinellus inclyto uiro Iustino Carosio utriusque iuris consultissimo cuique ueliterno illustri. (Datum: Venetiis quinto nonas Maias. M. cccc. xciii.) *F. 17^a*: Christophori Nigri carmen ad Io. Franciscum || Dandulum de miseria uitae saecularis. *F. 17^b col. 1 lin. 32*: Ad clariss. Aristocratiae Venetae censorem. D. Anto-||nium Boldu: equitem au. Poetamque ac orato. praecipuum. *Eodem fol. col. 2 l. 4*: Ad Berardinum Anconitanum || Christophorus. *Eodem fol. l. 44*: Ad prestabilem Iureconsultum Michaellem Bempensum. *F. 18^a*: Ad Paulum secundum Pont. maximum: Ioannis Andreae Aleriensis Episcopi epistola: In qua inuehitur || in Georgium Trabezontium: quem Cenotimonem. i. nouum Timonem appellat. *F. 19^a lin. 39*: Ad Nico. quintum Ponti. maximum Guarini Veronensis in Strabonis traductionem

epistola. *F. 19^b lin. 27*: Eiusdem Guarini in absolutionem Strabonis inchoati prohemium alterum ad insignem ac patricium eque||stris ordinis uirum. d. Iacobum Antonium Marcellum Venetum. *F. 21^a*: Strabonis Gnosii Amasini scriptoris caeleberrimi (*sic*) de situ orbis libri. xvii. e graeco Traducti Grego-||rio Typhernale: (*sic*) ac Guarino Veronense Interpretibus. *In fine f. 166^a*: Strabonis Amasini Scriptoris illustris geographiae opus finit: quod Ioannes Vercellensis propria impensa uiuen||tibus posterisque exactissima diligentia imprimi curauit. Anno Sal. M. cccclxxxiii. die. xxviii. Ianuarii. *Registrum.*

Fol. char. rom. cum i—viii+a—&iii sig. et pp. nn. 16. non num. + 150 num. = 166 foll. 61 lin. cum inscr. pag. et marg. s. c. et litt. init.

Maitt. I. p. 574.; *Freytag Adpar. I. p. 123.*; *Gras p. 147.* (xxviii. Ianuar.); *Panzer III. 354. 1796.* (eod. anno die xxiii Aprilis); *Ebert II. p. 845. 21821.* (24. Apr.); *Hain II. 2. p. 362. 15090.* (24. Apr.); *Hoffmann III. p. 644.*; *Brunet V. p. 556.*

253.

1494. Viennae.

Balbus (Hieronymus). Epigrammata.

F. 1^a: Hieronymi Balbi vtriusque iuris doctoris nec-||non poetae atque oratoris insignis: opusculum epigram-||maton foeliciter incipit || Magnificis et sapientissimis dominis || pro serenissimo Romanorum rege in ter-||ris hereditarijs regentibus integerrimis *In fine f. 22^b*: Hoc insigne opus multiplici rerum || varietate refertum exaratum fuit in-||dustria Iohannis Winterburg in ce-||leberrima vrbe Wiennensi. Annis do-||mini 1494 Kalendis augusti. || Maximiliano Romanorum atque vn-||garie rege serenissimo felici-ter regnante

4^o char. goth. cum a² — c² sig. s. c. et pp. nn. 22 foll. 30 lin.

Schier Vind. typ. p. 16.; *Denis Wien p. 2—7.* cum vita H. Balbi; *Eiusdem Suppl. p. 361. 3006.*; *Allg. deutsche Bibl. LI. p. 510* in censura libri Denisiani «Wiens Buchdr. Gesch.» editio epigrammatum commemoratur, in quarto ex 28 foll. constans, quae tamen a praesenti diuersa est. *Retzer* (Opera poet. H. Balbi I. p. xxxiv utramque editionem memorat; *Panzer III. p. 524. 8.*; *Ebert I. p. 129. 1534.* (20 foll. falso); *Hain I. 1. p. 286. 2250.*; *Brunet I. p. 619.*; *Aschbach Gesch. d. Wien. Univ. II. p. 613.* editionem absque anno et loco principem esse censet; *Könyvszemle 1880. p. 314.*; De Hieron. Balbo vide *Abel, Magyarországi humanisták, Budapest, 1880.*

Haec editio rarissima est, nam tantum sex exemplaria eius feruntur.

254.

1495. Argentinae.

Blony (Nicolaus de) Capell. Episc. Posnan. Viridarius
seu Sermones de Tempore et de Sanctis.

Fol. 1 et 2 desunt. F. 2^a—20^b tabula. F. 21^a: Sermones uenerabilis magistri Nicolai de Polonia. decretorum doctoris. capellani episcopi posnonsiensis. || qui viridarius nuncupantur. || Dominica prima in aduentu. || Sermo I. F. 384^b col. 2: Finitunt sermones venerabilis magi-||stri Nicolai blony decretorum doctoris de || tempore impressi Argentine Anno domini. M. cccc. || xciiij. Finiti in die sancte Cecilie virginis || et martyris. F. 385^a tit.: Sermones Nicolai de || Blony de sanctis. F. 385^b: Incipit tabula Al-||phabetica super sermones de sanctis venera-||bilis magistri Nicolai Blony. F. 388^b col. expl. F. 389^a: Incipiunt sermones || de sanctis venerabilis magistri Nicolai de || Blony. decretorum doctoris. capellani epi-||copi Bosnonsiensis. (sic) F. 477^a col. 2: Finitunt sermones || magistri Nicolai Blony decretorum || doctoris Capellani episcopi Pos-||nonsiensis. de tempore et sanctis. Con-||scripti ab eodem Anno domini. M. || cccc. xxxviiij. vt videtur capi ex sermo||ne. cxiiij. circa medium membri primi || eiusdem sermo- nis. Impressi Argen||tine Anno domini. M. cccc. xcv.

Fol. char. goth. cum Aa₂—Cc₄+a—z₄+A.—Z₅+Aa—Hh₅+2—3+a—os sig. s. c. et pp. nn. 477 foll. (in nostro exemplari 475). 2 col. 52 lin. cum inser. pag. et litt. init. expiet.

Maitt. I. p. 580. et II. p. 595.; Gras p. 151. (385 foll. tantum pars sermonum de tempore); Panzer I. p. 52. 266. et IV. p. 223. 293^b.; Hain I. I. p. 448. 3262.

255.

1495. Argentinae.

Clavasio (Angelus de). Summa Angelica de Casibus
Conscientiae.

F. 1^a tit.: Summa Angelica de || casibus conscientie cum || additionibus nouiter || additis. F. 2^a: Epistola. F. Hieronymi tormeli (sic) lectoris: ad R. p. F. Angelum de clauasio presentis ope||ris auctorem. etc. F. 2^b lin. 23: Responsio venerandi patris fratris Angeli ad fratrem Hieronymum suprascriptum. F. 3^a: In

nomine domini nostri Iesu christi Amen || Incipit Prologus in summa Angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio ordi||nis minorum vicarium generalem cismontanorum fratrum obseruantie compilata. cui premittitur primo || prologus. deinde subnectitur tabula contentorum in ipsa declaratiua. || Incipit Prologus. *Eod. fol. lin. 36*: Finit Prologus. Incipit tabula declaratoria ordinis et contentorum in predicta summa. *F. 7^a col. 2*: Finit Tabula. *F. 7^b*: Rubrice Iuris ciuilis et canonici. *etc. F. 16^b col. 2*: Finis. *F. 17^a*: Summa Angelica de casibus conscientie per || venerabilem fratrem Angelum de clauasio || compilata: incipit feliciter. *In fine f. 358^a col. 2*: Finit summa Angelica de casibus conscien||tie per fratrem Angelum de clauasio compilata: ma||xima cum diligentia reuisa: et fideli studio emen||data: sicut ipsum opus per se satis attestabitur: || Argentine impressa per Martinum Flach || inibi conciuem Anno domini. M. cccc. xcv. || quinta feria post festum Annunciationis vir-||ginis gloriose Marie. *Deinde sequuntur 6 disticha*: Humano angelicas quicunque audire loquelas *etc.*

Fol. char. goth. cum 2—5+a.—z5+A—Z4+AA—JJ5 sig. et pp. nn. 16 non num. + 342 num. = 358 foll. 2 col. 54 lin. cum inscr. pag. et litt. init. expict.

Maitt. I. p. 596.; *Seemiller IV. p. 58. 20.*; *Panzer I. p. 53. 277.*; *Hain I. 2. p. 159. 5397.*; *St. Gallen Bibl. p. 66. 415.*

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra. *F. 1^a* alterius exemplaris haec nota legitur: «Liber Michaelis Jeszentzky de Nagy Jeszen A. 1666.» Et in tegumento eiusdem exemplaris: «Sum Posessor (*sic*) huius libri Ioannes Hlawa Anno 1640».

256.

1495. Basileae.

Biblia Latina.

Fol. 1—8 et 11. desunt. F. 9^a exhortatio. F. 9^b—12^a summarium. F. 12^b: Sanctus Hieronymus interpres biblie *Deinde icon xylogr. Infra 4 disticha. F. 13^a*: Incipit epistola beati Hieronymi || ad Paulinum presbyterum de omnibus || diuine historie libris. *F. 16^a col. 1 lin. 3*: Explicit prefatio. Incipit liber Gene||sis qui dicitur hebraice bresith. *Ca. I F. 237^b col. 2 lin. 9*: Explicit psalterium. || Epistola sancti Hieronymi presbyteri ad || Chromatium et Heliodorum episcopos: *etc. F. 374^a col. 1 lin. 29*: Expli-

cit secundus liber Machabeorum. || Incipit epistola beati Hieronymi ad || Damasum papam in quattuor euangelistas. *In calce apocalypseos sequuntur sex disticha*: Aduena percurras cunctos si forte libellos: etc. *Deinde*: Finit per Iohannem froben de Ham-melburgk || ciuem Basiliensem. Anno domini. M. cccc. xcv. sexto || Kalendas Nouembres. Deo gratias. *Interpretationes desunt. Ult. fol. notitia de translatoribus.*

4^o char. goth. min. cum BB, BB₂ BB₄+a—y₄+A—Z₄+Aa—Mm₄ sig.; s. c. et pp. nn. Hoc exemplar constat ex 460 foll. Desunt foll. 1—8. 11. et a fol. 461 usque ad finem 2 col. 54 lin. cum inser. pag. marg. et litt. init. expict.

Maith. I. p. 588.; *Panzer I. p. 178. 192.* (491 foll.); *Hain I. I. p. 414. 3118.* (512 foll.); *Stockmeyer et Reber p. 96. 7.*

Liber olim (saec. xvii) «Pro Bibliotheca Conventus Arnaviensis ordinis fratrum minorum comparatus.»

257.

1495. Basileae.

Eyb (Albertus de) I. V. D. Canonic. Bamb. Margarita Poetica.


Denis Suppl. p. 667. 6021.; Seemiller I. p. 115. 16. (Mediolani,
Christ. Valdarfer, 247 foll.); *Laire I. p. 200. 203.* (Character est idem
ac Henrici Ariminensis Argentinae impressi); *Panzer I. p. 95. 510.*
(Argentorati, 247 foll.); *Ebert I. p. 81. 893. nota* (um 1473, Mail. Val-
darfer 247 foll.); *Hain I. I. p. 165. 1365.* (Argentorati vel Mediolani
248 foll.)

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra.

F. 1^a alterius exemplaris hae annotationes leguntur: «Ad Vsum
FF. Minorum S. Francisci Reformatorum Schrobenuhanorum 1648.»
«Ad PP. Franciscanos hedburgi ad Bibliothecam.» *F. 245^b* eiusdem exem-
plaris autem haec nota impressa legitur: «Bartholomaeus Microdulus
seü KLeindinst est possessor huius libri.»

377.

(Basileae.)

Aquino (Thomas de). Summae Theologiae Secundae Partis Pars Secunda.

F. 1—8 tabula. Opus incipit f. 9^a sine inscriptione: () Ost communem considerationem || de virtutibus etc. Explicit f. 331^b col. 2: per omnia deus benedictus in secula. AMEN.

Fol. mai. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 331 foll. 2 col. 50 lin. Cum litt. init. expiet.

Laire I. p. 201. 204.; Panzer I. p. 194. 278. (Char. Richelii aut Bertoldi); Hain I. I. p. 175. 1456. (Basileae Richel sive Berthold); Holtrop p. 473. 819. (Berth. Rodt); Stockmeyer et Reber p. 5. 4.

378.

(Coloniae.)

Aquino (Thomas de). De Ente et Essentia cum Commentario Gerardi de Monte etc.

F. 1^a tit.: Tractatus sancti Tho||me de ente et essentia seu || de quidditatibus rerum || intitulatus. F. 2^a incipit opus: () Nsignis peripateti||ce veritatis interpres etc. F. 37^a col. 2: Commentatio venerabilis viri artium magistri nec non || sacre theologie professoris eximij magistri Gerhar-||di de Monte. compilata circa compendium de quidditati-||bus rerum. quod edidit sanctus Tho. de Aquino. insignis peri||pathetice veritatis interpres. hoc feliciter terminatur cum textu || Sequuntur tituli questionum et notabilium || principaliorum super compendium Doctoris sancti de en||te et essentia iuxta numerum foliorum annotati. F. 37^b incipit tabula: Questiones prohemii||ales. F. 38^a col. 1: Finis tabule. Eiusd. fol. col. 2 et f. 38^b vacant. F. 39^a: Tractatus ostendens concordiam sancti Tho||me et venerabilis domini Alberti in multis in quibus || dictantur esse contrarii F. 52^a col. 2 lin. 11: Tractatus preclarissimi viri studij Coloniensis || artium ac sacre theologie professoris eximij magistri || Gerhardi de Monte ostendens sanctum Thomam et || venerabilem Albertum in questionibus inibi contentis || non esse contrarios finit feliciter. || Infra notate questiones sunt contentae in preceden||ti tractatu in quo ostenditur quod in harum questionum de || terminationibus sanctus Thomas et venerabilis

Al||bertus sicut a multis creditur non sunt contrarij. *Sequitur tabula, in cuius fine eod. fol.:* Finis tabule.

Fol. char. goth. mai. et min. cum AA_i — FF_{iii} + AAa_i — BBb_{iii} sig. et pp. nn. 1 non num. + 36 num. + 1 n. n. + 14 num. = 52 foll. 2 col. Cum inser. pag. et litt. init. expiet.

Denis Suppl. p. 620. 5445.; Panzer I. p. 342. 482. (Coloniae Henr. Quentell) sic memorat: «*Versoris* super parva naturalia cum textu *Aristotelis*. Item liber *S. Thomae* de ente et essentia etc. 68 foll.» In nostro exemplari tantum 52 foll.; *Versoris* commentarius super parva naturalia deest. *Hain I. I. p. 182. 1506.* mentionem facit editionis, quam ipse non vidit; sed illa non congruit cum nostro exemplari.

379.

(Romae.)

Aretinus (Leonardus). Libellus de Amore Guiscardi et Sigismundae.

F. 1^a: Epistola Leonardi Aretini de || amore Guiscardi et Sigismunde || filie Tancredi principis Salernitani. || ()Eonardus Aretinus bindactio ritasola||no uiro prestantissimo Salutem (*Datum*: die xv. Ianuarii. Anno M.cccc.xxxviii.) *Deinde* Incipit Historia. *F. 2^a:* ()Ancredus fuit princeps Salernitanus etc. *In fine f. 8^b:* De Guiscardi et Sigismunde || amore epistola finit foeliciter.

4^o char. rom. s. s. c. et pp. nn. 8 foll. 28 lin. Cum litt. init. expiet. *Denis Suppl. p. 493. 4219.; Panzer II. p. 527. 658.* (Char. Adami Rot); *Hain I. I. p. 191. 1581.* (Adam Rot, Romae.)

380.

(Coloniae.)

Aristoteles. Copulata Totius Novae Logicae.

F. 1^a tit.: Copulata totius no||ue logice Arestotelis *F. 2^a:* ()Ireca || inic||um li||bri analetico||rum priorum || Arestotelis. *F. 56^b col. 2 explicit liber Priorum Analecticorum. F. 57^a:* ()Ireca initium || libri anale||ticorum posteriorum arestotelis *F. 110^a col. 2:* Et in hoc finitur scientia libri posteriorum de sylogismo || demrantiuo (*sic*) qui est scientie generatius de quo sit benedic-||tus deus pater gloriosus a quo omnis sapientia et scientia. || et deus filius in quo omnes thesauri scientie et sapientie sunt || absconditi qui est fons sapientie quia verbum dei in excel-

sis || qui superfluenti sua scientia nos reficere dignetur in cele||sti patria. Amen Deo gracias *F. 110^b incipit liber Topicorum* : ()Ireca in||licium li||bri thopicorum. etc. *F. 158^a col. 2* : Sequitur liber Elenchorum. *F. 158^b vacat*. *F. 159^a incipit liber Elenchorum* : ()Ireca initium libri elen||chorum Arestotelis *F. 200^a col. 1* : Copulata libri elencorum et totius noue logice || diligenter visa et per- uigili cura auscultata circa || predictos Arestotelis libros. secundum processum et doc||trinam magistrorum regentium Colonie in bursa lam||berti de monte Artium magistri et sacre theologie || professoris iuxta doctrinam insignis et sancti doc-||toris Thome de Aquino ordinis fratrum predica||torum expliciunt feliciter.

Fol. char. goth. cum a_{ii} — x_{iiii} + .a. .i. — f_{iii} sig. s. c. et pp. nn. 200 foll. 2 col. 53 lin. Cum inser. pag. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 782.; *Denis Suppl. p. 271. 2183.* (cum nota anni 1489); *Panzer I. p. 301. 172.* (item); *Hain I. I. p. 207. 1675.* (s. l. et a.); *Hoffmann I. p. 328.*

F. 1^a haec nota legitur: «Pro Conuentu Viennensi ordinis Praedicatorum.»

381.

(Coloniae.)

Aristoteles. Copulata super VIII. libros Physicorum a Thoma de Aquino.

F. 1^a tit.: Copulata pulcherrima at||que optima super octo libros Phisicorum Arestotelis cum tex-||tu. iuxta doctrinam excellentissimi doctoris sancti Tho||me de Aquino ordinis predicatorum. *F. 2^b incipit opus* : ()Ireca initii||um libri Phisicorum etc. *In fine f. 128^a col. 2* : Copulata diligenti studio primo correctae. atque iterum || rum (*sic*) secundo emendata (circa octo libros phisicorum Are||stotelis) artium magistri Lamberti de Monte. ac sa||llere theologie professoris eximij. iuxta doctrinam excellen||tissimi Doctoris sancti Thome de Aquino ordinis || predicatorum. feliciter finem habent *F. 128^b incipit tabula. F. 129^b col. 2* : Finis tabule. *F. 130, quod vacat, deest.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum a_i — x_{iiii} sig. et pp. nn. s. c. 1 non num. + 127 num. + 2 non num. = 130 foll. 2 col. Cum inser. pag. et litt. init. expict.

Denis Suppl. p. 679. 6043.; *Panzer IV. p. 201. 1218.*; *Hain I. I. p. 209. 1685.* (Colon. Quentell, 128 foll.); *Hoffmann I. p. 347.*

Hoc opus in duobus exemplaribus asservatur in bibliotheca nostra.

F. 1^a alterius exempl. haec nota legitur: «Pro Conuentu Viennensi ordinis fratrum Praedicatorum.»

382.

(Coloniae.)

Aristoteles. Copulata super Libros de Anima.

F. 1^a tit.: Copulata super libros de || Anima Arestotelis cum tex||tu iuxta doctrinam excellen||tissimi doctoris sancti Tho||me de Aquino hic continentur. *F. 1^b tabula*: Genera pol||tentiarum anime etc. *F. 2^a incipit opus*: (C)Irca initium libri de || anima etc. *In fine f. 82^a col. 2*: Nota diligenter visa et peruigili cura iterum emen-||data circa tres libros de Anima Aresto. Lam-||berti de monte artium magistri ac sacre theolo||gie professoris iuxta doctrinam insignis et sancti || doctoris Thome de Aquino ordinis fratrum pre||dicatorum expliciunt feliciter *F. 82^b*: Incipiunt tituli que||stionum trium librorum de anima etc. *F. 83^b col. 2*: Explicit tabula omnium questionum || huius libri de Anima. *F. 84 vacat*.

Fol. char. goth. mai. et min. cum a_i — o_{iii} sig. et pp. nn. 1 non num. + 81 num. + 2 non num. = 84 foll. 2 col. Cum inser. pag. et litt. init. expict. s. c.

Panzer IV. p. 482. 1219.; Hain I. 1. p. 213. 1712.; Hoffmann I. p. 344.

F. 1^a haec annotatio legitur: «Pro Conuentu Viennensi ordinis Praedicatorum.»

383.

Mantuae.

Aristoteles. Problemata. Latine per Theodorum Gaza.

F. 1^a: TRADVCTIO. NOVA. PROBLEMATVM. || ARISTOTELIS. AD. NICOLAVM. QVIN||TVM. PONTIFICEM. PER. THEODOR.||VM. GAZES. GRAECVM. PER. PARTI.||CVLARVM. DIVISIONEM. *F. 2^a*: TABVLA. PARTICVLARIS || AD. MATERIAS. DIVER||SAS. PROBLEMATVM. || CVIVS. LITTERA. POSI||TA. PER. P. MAIVSCV||LVM. DENOTAT. PARTI||CVLAM. POSITA. AV||TEM. PER. p. PARVVM. || NOTAT. PROBLEMA. *F. 6^a col. 2*: .FINIS. *F. 6^b et f. 7 vacant*. *F. 8^a*: ARISTOTELIS. QVAESTIONES. VARIAE. GENE||RATIM. COLLECTAE. ATQVE. ITA. IN. PLVRA. || DIGESTAE. VOLVMINA. *In fine f. 96^a col. 2*:

LAVS. DEO. || Mantuae hoc summi philosophorum principis
Arestotelis probleumatum || (*sic*) nouam ad Nicolaum quintum
pontificem secundum traductionem || per Theodorum Gazes grae-
cum. Illustrissimo principe et domino || Domino Lodouico de Gon-
zaga Marchione ibidem tunc || regnante. per Iohannem Vurster
de Compidona. et Iohannem || Baumeister socios uolumen impres-
sum finit foeliceiter.

Fol. s. a. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 96 foll. 39 lin. Cum litt. init.
expict.

*Denis Suppl. p. 493. 4230.; Laire I. p. 86. 19.; Panzer II. p. 9.
27.; Ebert I. p. 100. 1135. (um 1475.); Santander II. p. 95. 139.;
Hain I. I. p. 215. 1729.; Schweiger I. p. 62. (c. 1475.); Hoffmann I.
p. 369.; Brunet I. p. 463. (circa 1475, 95 foll.)*

384.

Parisiis.

Aristoteles. Ethicorum ad Nicomachum libri X.

F. I^a tit.: Textus ethicorum Aristotelis ad Nico||machum
iuxta antiquam translationem cum familiarissimo commentario
in || eundem et compendiosis questionibus ac dubiis circa litteram
emergen||tibus ad mentem doctissimorum virorum et magistrorum
Martini magistri et || Iohannis buridani maiori pro parte decisis.
Sequuntur insignia typogr. cum litt. IP et nomine IEHAN. PETIT.
F. I^b: Claudij felicis lingonensis exhortatiua ad lectores et operis
laudatiua epistola. *Deinde sequuntur versus cum inscript.*: Idem
ad lectorem. *F. 2^a incipit opus*: ()Ireca ethica || Aristotelis queri-
tur. *etc. In fine f. 122^b col. 2*: Finit liber Ethicorum Aristotelis
ad Nico||machum interprete (vt nonnulli astruunt) fratre || Hen-
rico krosbein (*sic*) ordinis fratrum predicatorum || quem et omnes
textus eiusdem philosophi traduxisse || dicunt: adiuncta familiari
explanatione literali || per totum ac per primos sex libros ad sin-
gulos || tractatus interiectis questionibus et dubijs non || minus
fructuose quam succincte discussis. *F. 123^a incipit tabula. F. 125^b
col. 2*: Finis tabule. *F. 126^a index errorum typ. F. 126^b insignia.*

Fol. char. goth. mai. et min. cum aij — xij sig. et pp. nn. 1 non
num. + 121 num. + 4 non num. = 126 foll. 2 col. Cum litt. init. xyl. et
inser. pag. s. c.

Descriptio bibliographorum cum nostra minime congruit. Panzer
mentionem facit editionis Kosbeinianae, quae Parisiis anno 1500. in lucem

prodierit. Exemplar ab Hainio descriptum cum nostro non congruit. No. 1473. affert exemplar cum comment. Martini mgr. et Johannis Buridani. a se autem non visum, in cuius descriptione Panzerum auctorem sequitur, anno et loco impressionis non addito. Non abhorret omnino a probabilitate, si hoc exemplar cum nostro idem esse censemus. Opus Parisiis impressum est apud Johannem Parvum, uti ex nomine JEHAN PETIT, quod in titulo libri infra insignia legitur, conici potest.

In tegumento haec coeva annotatio legitur: «Liber magistri Iohannis de Breydenbach.»

385.

(Coloniae.)

Aristoteles. Oeconomicorum libri II. cum Commentario Johannis Versoris.

F. 1^a tit.: Liber yconomicorum Are||stotelis tractans de gu-ber||natione rerum domesticarum || cum commento magistri Iohan||nis versoris legentium as||pectibus multum amenus. *F. 1^b incipit opus*: ()Conomica et politica diffe||runt etc. *Explicit f. 6^b col. 2*: nos efficiat. qui caritas perfecta est ihesus christus in secula seculorum

Fol. char. goth. cum a_{ii} — a_{iii} sig. s. c. et pp. nn. 6 foll. 2 col. Cum inscr. pag. et litt. init. expict.

Apud Panzerum deest; *Hain I. 1. p. 219. 1773.* (Coloniae, Henr. Quentell); *Hoffmann I. p. 367.* (Certo Henricus Quentell circiter a. 1492 impressit); *St. Gallen Bibl. p. 246. 1476.*

386.

(Coloniae.)

Aristoteles. Oeconomicorum libri II. cum Commentariis Johannis Versoris.

F. 1^a tit.: Liber yconomicorum Are||stotelis tractans de gu-berna||tione rerum domesticarum cum commen||to magistri Iohan||nis ver||soris legentium aspectibus || multum amenus. *F. 1^b incipit opus*: ()Conomica et politica diffe-||runt etc. *Explicit f. 6^a col. 2*: ciat. qui charitas perfecta est iesus christus in secula seculorum

Fol. char. goth. mai. et min. cum a_{ii} — a_{iiii} sig. s. c. et pp. nn. 6 foll. 2 col. Cum inscr. col. Litt. init. non sunt expictae.

Huius operis duae editiones loci et anni prodierunt nota carentes ex eadem officina probabiliter eodem anno. Scilicet ea, de qua nunc agimus, et ea quae supra sub no. 383 descripta est, Coloniae apud Henricum Quentell impressae sunt. Sed diversas editiones esse vel inde cognoscitur,

quod 55 lin. col. 2 fol. 6^a non quadrat in duabus editionibus. In ceteris quoque foliis aliter desinunt lineae ac in altera editione. Haec editio nulli bibliographorum innotuit.

387.

(Coloniae.)

Ars Notariatus.

F. 1^a: Ars notariatus. || Incipit tabula presentis operis.
F. 1^b: Capitulum primum Quid sit ars notariatus *In fine f. 8^a lin. 19*: sufficiant. Et sic est finis.

12^o char. goth. cum A_i — A_{iiii} sig. s. c. et pp. nn. 8 foll. 32 lin.

Panzer IV. p. 282. 530 k.; Hain I. I. p. 229. 1856. (Coloniae
 Henr. Quentell.)

388.

(Argentinae.)

Astesanus de Ast, Ord. Min. Summa de Casibus Conscientiae.

F. 1^a rubro: In nomine domini amen. Incipit summa de casibus. ad honorem dei compilata. per fratrem astexanum || de ordine fratrum minorum. vbi premittuntur litere eiusdem || fratris. ad dominum Iohannem Cayetanum. sancti theodo||ri dyaconem cardinalem. et postea immediate lite||re eiusdem domini. quis quando recepit summam misit ad supra||dictum astexanum. Iste sunt ergo litere predicti fratris. *F. 1^b col. 2 lin. 3*: Isti sunt tituli primi libri. qui est de preceptis *F. 2^a*: Incipit liber primus de lege diuina. Titulus primus. *Explicit f. 402^a col. 1 lin. 59*: pater eam dotare tenetur nisi uirum indignum elegerit. *Eod. fol. col. 2 et f. 403 vacant.* *F. 404^a*: De significationibus verborum. ti. 41^{us} *F. 414^a col. 2*: Explicit titulus de verborum significacionibus et de ex||positione seu declaracione vocabulorum et titulorum cum || suis notabilibus in corpore iuris tam canonici || *F. 414^b*: quam ciuilis contentorum. etc. *F. 423^a col. 1*: Expliciunt rubrice diuersorum voluminum iu||ris ciuilis secundum ordinem alphabeti a fratre Aste||xano posite siue compilate. *Eod. fol. col. 2 et f. 423^b vacant.* *F. 424^a incipit tabula*: () Vpiens ego frater astaxanus com||pilator huius summe etc. *Explicit f. 433^a col. 2.*

Fol. max. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 433 foll. 2 col. 62 lin. Cum litt. init. expict.

Gras p. 206. (402 foll. sine registro); *Panzer I. p. 71. 398.* (Argent. char. Mentelii); *Ebert I. p. 112. 1293. nota*; *Hain I. I. p. 235. 1890.* (Argentor. Joh. Mentelin. Ed. huius typogr. tertia); *Brunet I. p. 532.* (Mentelin circa 1470).

F. 1^a haec nota legitur: «Franciscanorum Friburgi Brigoviae. 1648.»

389.

(Argentinae.)

Augustinus (S. Aur.) *Doctrina Christiana seu de Arte Praedicandi.*

F. 1^a vacat. F. 1^b: Canon pro recommendatione (*sic*) huius famosi operis siue || libelli sequentis. de arte predicandi sancti augustini *etc. Prologus explicit f. 2^b:* placuerit. cito poterit reperiri *F. 3^a incipit opus:* () Oc opus nostrum quod inscribitur de doctrina christiana. *etc. In fine f. 17^a lin. 39:* Explicit quartus de doctrina christiana beati Augustini episcopi *F. 17^b vacat. F. 18^a incipit tabula:* Accendit auditorum mentes. *etc. Explicit f. 21^b.*

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 21 foll. 39 lin. Cum litt. init. expict.

Denis Suppl. p. 500. 4282.; Maire I. p. 17—22.; Dibdin I. p. 151. 72.; Panzer I. p. 67. 389. (Argent. Mentelin); *Ebert I. p. 117. 1363.; Hain I. I. p. 246. 1956.* (Argent. Joh. Mentelin, 1465—66); *Brunet I. p. 562.; Schmidt p. 91.* (22 foll.)

Opus hoc Argentinae in aedibus Mentelini typis mandatum esse ex praefatione elucet, ubi editor anonymus inter alia haec scribit: «Qua propter. cum nullo alio modo siue medio id expeditius fieri posse iudicarem. discreto viro. Johanni mentelin incole argentinensi impressorie artis magistro. modis omnibus persuasi. quatenus ipse assumere dignaretur. onus et laborem multiplicandi hunc libellum per viam impressionis. exemplari meo pre oculis habito.» *etc.* Annum impressionis 1465—66 esse C. Schmidtus in opere *Zur Geschichte der ältesten Bibliotheken und der ersten Buchdrucker zu Strassburg (Strassb. 1882.) p. 91.* affirmat et hoc modo probare conatur: Opus illud etiam Fustius edendum curavit, idem retinens prooemium, deleto tamen nomine Mentelini in cuius locum suum nomen scripsit. Cum vero Fustius versus finem anni 1466 mortuus esset, Mentelini opus eodem vel anno praecedenti impressum est. Madden in opere «*Lettres d'un bibliographe, 2-e série. Versailles, 1873, p. 56. sq.*» re penitus perscrutata observat Mentelinum duas iam ante Fusti editionem elaborasse editiones.

390.

(Argentinae.)

Augustinus (S. Aur.). Liber Epistolarum.

F. 1^a : Liber. Epistolarum. Sancti. Augu||stini. Incipit. Feliciter. *Explicit f. 263^b col. 1 lin. 27* : non verborum insolencia ventilamus

Fol. char. goth. mai. s. s. c. et pp. nn. 263 foll. 2 col. 50 lin. (Fol. 70 unam tantum columnam habet). Cum litt. init. expict.

Laire I. p. 22. 6. ; Panzer I. p. 68. 392. (Argent. Mentelin. Editio originalis); *Ebert I. p. 119. 1383.* (Strb. Mentelin circa 1470); *Hain I. p. 247. 1966.*; (Argentor. Joh. Mentelin); *Santander II. p. 120. 175.*; *Holtrop p. 440. 662.* (1470); *Brunet I. p. 566.*

F. 1^a haec annotatio legitur: «Carthusiae S. Viti in Pruel prope Ratisponam.»

391.

(Argentinae.)

Balbus (Johannes) de Janua. Ord. Praed. Summa, quae vocatur Catholicon.

F. 1^a : Incipit summa que vocatur catholicon edita a || fratre iohanne de ianua ordinis fratrum predicatorum. *Opus explicit sine ulla subscriptione f. 370^b col. 2 lin. 23* : secula seculorum. Amen.

Fol. max. char. semi-goth. s. s. c. et pp. nn. 370 foll. 2 col. 67 lin. Cam litt. init. expict. et una litt. deaurat.

Denis Suppl. p. 532. 4594.; *Laire I. p. 111—113. 50.*; *Santander II. p. 142. 202.*; *Panzer I. p. 79. 248.*; *Ebert I. p. 879. 10738.* (Mentelin c. 1470—75); *Hain I. I. p. 286. 2251.* (Joh. Mentelin Argentor.); *Holtrop p. 441. 664.*; *Brunet III. p. 502.* (imprimée de 1470 à 1475.)

F. 1^a haec nota legitur: «In Vsum Monasterij Gryphensis.»

392.

(Coloniae.)

Bartolus de Saxoferrato. Tractatus Iudiciorum etc.

F. 1^a tit. : Tractatus iudiciorum || domini Bartoli legum doctoris famosissimi. || Tractatus Renuncia||tionum beneficiorum in publicis instrumentis. || Processus Sathane || procuratoris infernalis Contra genus huma||num Coram deo nostro iesu christo Cuius qui||dem generis ipsa intemerata virgo Maria ad||uocata existit. *F. 2^a* : Incipit tractatus iu||diciorum per dominum Bartho-

lum de saxo||ferrato legum doctorem eximium et famosissimum || subtiliter editus. *F. 9^b lin. 10*: Hec dicit Bartholus. || Incipit tractatus de renunciatiionibus (*sic*) beneficio||rum in publicis instrumentis. *F. 15^a*: Explicit Tractatus iudiciorum vna cum tra||ctatu de renuntiationibus beneficiorum in pu||blicis instrumentis. *F. 15^b*: Spurcissimi Sathane litigationis infernalisque nequ||cie procuratoris contra genus humanum Coram do||mino nostro Iesu christo agitate Beata virgine Maria || eius matre pro oobis (*sic*) aduocata comparente. liber felici||ter incipit. *In fine f. 23^b*: Scelestissimi Sathane litigationes Contra ge||nus humanum Finiunt *F. 24 deest*.

12^o char. goth. s. c. et pp. nn. cum A_{ii} — C_v sig. 24 foll. (in hoc exemp. 23 foll.) 31 lin. Cum inscr. pag.

Panzer IV. p. 281. 530. g.; *Hain I. 1. p. 343. 2642*. (Coloniae Henr. Quentell).

393.

(Argentinae.)

Beda Venerabilis. Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum.

F. 1^a incipit opus sine ulla inscriptione: () Loriosissimo || regi. Cioluu-||leo beda fa||mulus cristi etc. *F. 1^b col. 2 lin. 35*: Incipiunt capitula hystoriarum ges||cis (*sic*) anglorum || De situ britanie vel hibernie et pri||stis (*sic*) earum incolis j. *F. 2^b col. 2*: Expliciunt capitula primi libri hy||storie ecclesiastice gestis (*sic*) anglorum || Incipit liber primus hystorie eccle||siastice gestis (*sic*) anglorum Ca. primum *In fine f. 97^a col. 2*: Finiunt libri historie ecclesiastice || gestis (*sic*) anglorum.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 97 foll. 2 col. 40 lin. Cum litt. init. expict.

Denis Suppl. p. 507. 4354.; *Laire I. p. 470. 3*. (Character pertinere videtur ad Conr. Fyner ca. 1476.); *Santander II. p. 160. 233.*; *Panzer I. p. 83. 445*. (Argent. Henr. Eggestejn); *Ebert I. p. 152. 1835*. (Eggestejn ca 1473); *Hain I. 1. p. 354. 2732*. (Arg. Henr. Eggestejn); *Holtrop p. 442. 675.*; *Brunet I. p. 732*. (circa 1473).

In calce libri extat index manuscriptus a. 1495 exaratus.

394.

Venetis.

Bergomensis (Jacobus Philippus). Confessionale.

F. 1^a tit.: Confessionale seu In||terrogatorium || Reuerendi patris fra-||tris Iacobiphi-||lippi noui-||ter edi-||tum. *F. 1^b*: Frater

Iacobusphilippus Bergomensis ordinis || Eremitarum: patri suo Reuerendo religione pietateque ac san||ctimonia insigni Ioanni marie dominici veneto benemer||to generali canonicorum Regularium Sancti Saluato-||ris. S. P. in domino Iesu. *F. 2^b lin. 29*: Tabula. *F. 4^b*: Explicit Tabula. *F. 5^a*: Incipit nouissimum Herithoma seu interrogatorium || a venerando patre fratre Iacobophilippo Bergomense. || ordinis heremitarum nuperrime congestum. *In fine f. 72^a*: Impressum Uenetijs per Bernardinum Benalium.

4^o s. a. char. goth. cum a_{ij} — k_{ij} sig. et pp. nn. 4 non num. + 68 num. 72 foll. (In nostro exemplari 68 foll., nam foll. xvi, xvii, xlviii, lv desunt,) 32 lin. Cum litt. init. flor. et inser. pag.

Seemiller III. p. 173. 159.; *Panzer III. p. 493. 2774.*; *Hain I. 1. p. 366. 2814.*

395.

(Spirae.)

Bernardus (S.) Abbas Claraevall. Sermones.

F. 1 vacat. F. 2^a: Sermones beati ber-||nardi abbatis clareuall||lis incipiunt feliciter. *F. 293^a col. 1*: Sermones beati bernardi (*sic*) abbatis || de monte clareuallis Expliciunt fe-||liciter. *Eodem folio col. 2*: Incipiunt tituli sermonum beati bern||nardi abbatis. Et primo de tempo-||re et de sanctis. *F. 294^b col. 2*: Expliciunt tituli. *F. 295 vacat. F. 296^a epistola*: ()Etro drach ciui spirensi Salutem p. etc. (*Datum*: Ex heidelbergae pridie kalendas septembres. Anno domini. lxxxi. etc.) *Post hanc litteram sequitur index, qui f. 305 explicit. Indicem sequuntur versus*: J nunc J tandem totum bernarde per orbem etc.

Fol. char. goth. cum A_i — Z_{iiij} + Aa_i — Pp_{ij} sig. s. c. et pp. num. 305 foll. 2 col. 44 lin. Litt. init. sunt expictae. Titulos in superiore margine paginarum coeva manus minio ascripsit.

Maitt. I. p. 423.; *Denis Suppl. p. 509. 4372.* (293 foll.); *Seemiller I. p. 148. LIV.* (293 foll.); *Laire II. p. 38. 6.*; *Panzer III. p. 21. 16.*; *Hain I. 1. p. 371. 2846.* (Spirae Petr. Drach); *Brunet I. p. 796.*; *Hol-trop p. 454. 746.* (tantum 293 foll.)

Seemiller l. c. tantum 293 folia numerat; epistola Petri Drach autem, cuius Hamberger quoque mentionem facit, latuit eum, uti ex sequentibus verbis elucet: «Verum haec epistola deest in libro nostro exemplari, quod tamen nulla parte est mutilum. Oportet igitur nostram editionem ab ea diversam esse, quam Hambergerus excitauit.» Sed alia editio non exstat; exemplar autem ab illo descriptum mutilum esse vel inde elucet, quod post fol. 293 index undecim folia complectens sequitur, qui apud illum non invenitur. Epistola allata fol. 295^a est. Falsissimum

itaque, quod de indice sermonum dicit: «tum sequitur, qui septem *ultimas* columnas occupat.» Index 11 foliorum non est in columnas divisus. Bibliographi plures affirmant hoc opus anno 1481 Spirae per Petrum Drach impressum esse.

Liber olim: «Ad Bibliothecam Conuentus Viennensis Praedicatorum» pertinuit.

396.

(Argentinae)

Bernardus (S.). Abbas Claraevall. Epistolae cum aliis eiusdem Tractatibus.

F. 1^a praefatio: ()rater Robertus sancti viri ber-||nardi monachus etc. *Deinde lin. 22:* Incipit. Epistola. Sancti bernardi. Abbatis Cla-||reuallensis. Ad robertum nepotem suum qui de or-||dine cisterciensi ad cluniacenses transierat. *F. 76^b col. 2:* Expliciunt. Epistole. Beati. Bern-||ardi. Abbatis. Clareuallensis. *F. 77^a:* Tractatus Beati Bernardi etc. de miseria et breui-||tate huius vite. et de vera scientia Incipit feliciter *In fine f. 86^b col. 2:* Apologia. Beati Bernardi Abbatis Clareuallensis || Ad. Cluniacensem. de. Concordia ordinum siue excu-||satio eius ad eosdem || Finit feliciter *F. 87^a:* Tabula. Epistolarum. Beati. Bernhardi. Abbatis || Clareuallensis *F. 89^b col. 2:* Explicit tabula Epistolarum Beati || Bernardi cum numero Earum

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 89 foll. (in nostro autem 79, nam foll. 59—69, quae epistolas 202—247 continent, desunt). 2 col. 60—61 lin. Litt. init. desunt.

Freytag Adp. II. p. 877. LX.; Denis Suppl. p. 509. 4370.; See-miller I. p. 139. XLVI. (Argent. Henr. Eggestein ca. 1470); Laire I. p. 92. 27.; Santander II. p. 169. 245.; Panzer I. p. 83. 443.; Ebert I. p. 162. 1992. (ca. 1474); Hain I. 1. p. 373. 2870. (Argent. Henr. Eggesteyn); St. Gallen Bibl. p. 32. 223. (87 foll.)

397.

(Argentinae ?)

Biblia Latina.

F. 1^a tit.: Biblia *F. 2^a:* Incipit epistola beati Hieronymi ad Pau-||linum presbyterum de omnibus diuine histo-||rie libris. Capitulum .I. *F. 4^b col. 1 lin. 18:* Explicit praefatio. || Incipit liber Genesis qui dicitur hebraice bresith || Capitulum .I. *F. 200^b col. 2:* Explicit psalterium. *F. 201^a:* Epistola sancti Hieronymi presbyteri

ad || Chromacium et Heliodorum episcopos de libris || Salomonis. *F. 401^b col. 2 lin. 33* : Finit. || Biblia quem retinet sequitur nunc metricus ordo. etc. Deinde post 13 versus : Fontibus ex grecis hebreorum quoque libris etc.

Fol. char. goth. cum a₂—O₅+A—4₅ sig. s. c. et pp. nn. 401 foll. 2 col. 56 lin. Cum marg. et inser. col. Litt. init. plerumque non sunt expictae.

Apud *Panzerum* deest ; *Hain I. 1. p. 395. 3048.*

F. 1^a haec annotationes leguntur : « Jacobus Syrbius Cosditio Misnicus 1 Octob. 1633 » et « Chrysost. Audite obsecro seculares omnes : Comparete Vobis Biblia, animae pharmaciae. Hoc demum malorum omnium causa est quod scriptura ignoratur. Anastasius Eberhardus Misnensis. Pastor Ceresium (?) »

398.

(Basileae ?)

Biblia Latina cum Glossa Ordinaria Walafridi Strabonis et Interlineari Anselmi Laudunensis. Pars IV.

F. 1^a : Incipit epistola beati Hieronimi ad Damasum papam in quattuor euangelistas. *F. 289^b col. 2 in fine textus* : Gratia domini nostri ihesu christi cum omnibus vobis Amen.

Fol. max. char. goth. mai. min. et minim. cum f₂—a₅ sig. s. c. et pp. nn. 289 foll. 2 col. Textus in medio, comment. in marg. cum inser. col. Litt. init. expictae sunt.

Freytag Adp. I. p. 139. xxxii. (328 foll. ; circa annum 1483 impressum fuisse affirmat) ; *Seemiller IV. p. 138. 305.* (circa 1481.) ; *Gras p. 213.* (Norimb. A. Koberger) ; *Panzer I. p. 200. 314.* (Basil. cum typ. Michaelis Furter, circa annum 1480.) ; *Hain I. 1. p. 433. 3173.* (Basileae circa 1480.) ; *Holtrop p. 475. 831.* (Bas. Joh. Amerbach 1478—80.)

In fine comment. f. 289^b haec annotatio manu coeva minio scripta legitur : « Anno domini 1481. ffinit rubricatura huius operis, ad honorem dei : per librarium : et supra librariam cum adiutorio Bohunconis discipuli sui dilecti Sabbato Ante Elizabet Orate deum pro eis. Omnes legentes in hoc opere quoniam non modicus labor ymo (?) tediosus extitit. »

F. 1^a : « Conuentus Sancti Aegidii Pragae Ordinis Praedicatorum. »

399.

(Esslingae.)

Bonaventura (S.) Ord. Min. Auctoritates Utriusque Testamenti.

F. 1^a : ()Recepit dominus A de dicens. || ex omni ligno paradisi commedes. etc. In fine f. 47^a col. 1 : Expliciunt auctoritates utriusque testamenti *F. 48 vacat.*

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 48 foll. 2 col. 42 lin. Cum litt. init. expict. Cap. tituli litteris maiusc. impressi sunt.

Denis Suppl. p. 502. 4310. ; Laire I. p. 103. 39. («Ex caractere proprius accedente ad eum, quo Fyner utebatur Eslingae»); *Panzer IV. p. 99. 211. ; Hain I. I. p. 184. 3535.* («Conr. Fyner, ut mihi videtur. Inveni adscript. a. n. 1473 47 foll.»); *Holtrop p. 355. 206.* («Coloniae P. ab Altis de Olpe c. 1470.»)

400.

Brack (Wenceslaus). Vocabularium Archonium Nuncupatum.

F. 1^a tit.: Uocabularius rerum. || Breuia de modo epistolandi. || Didascalicon Hu. de san. vi. *F. 2^a:* Incipit tabula || Uocabularij *Expl. f. 3^b col. 1. F. 4^a:* ()Enceslaus || Brack arcis (*sic*) professor. *etc. Vocabularium expl. f. 31^b col. 2 ult. lin.:* hec pauca in manifestioribus pueris sufficient *F. 32^a:* Ethimologie no||minum quorundam. Et || est liber decimus || Ysidori in ethimologijs ordine alphabeti *Expl. f. 40^a col. 2 lin. 5. F. 40^b vacat. F. 41^a:* ()Enceslaus || Brack Ioanni lantz prepo||sito in Hoffen. viro inquam || celebri et humanissimo. suo || omnium primario. S. p. d. *etc. F. 55^b col. 2:* Hic optime Ioannes meis finem facio ne||vsque scriptis te occupem Cetera que inter nos || restant. vicissim dum conuentum celebremus. || risibus. susurris. tergiuersationibns. (*sic*) et omni||bus nostre amicieie modulis prosequemur. || Uale bene. diu sanus et felix. Iterum vale. || Et que per me fideli mancipio fieri velis. || Iube. Raptis (*sic*) ex constantia. Anno. pieta||tis. M.cccc. lxxxij. pridie nonas septembris *F. 56^a:* Incipit prologus || in didascalicon || Hugonis. *In fine f. 77^b col. 2:* Explicit se||xtus. et || per consequens totus Hugonis [in Dydascolicon ||] liber. De modo studendi. et [ordine legendi.]

Fol. char. goth. cum a_i — m_{iiij} sig. et pp. nn. 3 non num. + 74 num. = 77 foll. 2 col. 50—52 lin. Cum inser. col. Litt. init. non sunt expictae s. c.

Denis Suppl. p. 520. 4470. ; Panzer IV. p. 101. 235. ; Hain I. p. 508. 3697.

F. 2^a haec annotatio legitur manu saec. xv—xvi scripta: «Iste liber pertinet Conuentui Wiennensi ordinis praedicatorum per f. Io de lindow de licentia suorum patrum de bonis hereditariis et amicorum comparatus. Oretur pro eisdem.»

401.

(Coloniae.)

Caesarius Cisterciens. Monach. Dialogus Miraculorum.

F. 1^a: Prologus Cesarij cistercien||sis monachi in Heysterba-
cho || in dyalogum miraculorum Inci||pit feliciter. *F. 1^b col. 2 lin. 13*:
Explicit prologus. Incipit capitula *F. 2^b col. 1 lin. 17*: Explitiunt (*sic*)
capitula || Iam orditur dyalogus mira||culorum. et distinctio Prima
de Con||uersione. Capitulum || primum *In fine f. 309^a col. 1*:
Duodecime distinctionis dy||alogi miraculorum Cesarij Ci||stercien-
sis monachi: et per consequens || tocius dyalogi finis est feliciter ||
.DEO GRATIAS. || () Odicis exigui stilus au||torem reticiscens ||
Ingeror in medium: veluti no||ua verbula spargens. || Sicut mitis
amor terat aspera: || mitius illa || Corrigan: ac mores addat no||ta
vera salubres.

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 309 foll. 2 col. 35 lin. Cum inser.
col. et litt. init. expict.

Hain I. 2. p. 8. 4230. (Colon. Ulr. Zell.); *Brunet I. p. 1463.*
(circa 1475. Ulr. Zell.)

In superiore margine fol. 1^a haec nota legitur manu saec. xvii
ccarata: «Liber domus sororum Collismariae in Coeffeldia.»

402.

Caracciolus (Robertus) de Licio. Tractatus de Divina
Caritate.

F. 1^a: Incipit tractatus de diuina caritate compilatus per
Reue||rendum sacre Theologie doctorem magistrum Robertum de
Li||tio ordinis minorum in quo ostenditur cum omni ueritate
sa-||cre sancte scripture: qualiter deus benedictus quantum in se ||
est omnibus peccatoribus offert indulgentiam et remissio||nem pec-
catorum neminem excludens a salutis uia. *In fine f. 48^a lin. 19*
explicit opus: per gratiam et in futuro per gloriam. Amen.

Fol. char. rom. s. s. c. et pp. nn. 48 foll. 35 lin. Cum litt. init.
expict.

Operis talem inscriptionem prae se ferentis nullus bibliographorum
mentionem facit, itaque exemplar nostrum fragmentum esse videtur am-
plioris operis, alio modo inscripti. Hanc sententiam confirmare videtur
Hain, qui sub no. 4491. exemplar describit, quod hunc titulum habet:
«*Sermones declamatorii.*» Huius partem inde a fol. 355^a nostrum opus
efficit. Sed numerus linearum non est idem ac in exemplari supra de-
scripto, itaque ex alia editione derivata esse videtur.

403.

(Argentinae?)

Caracciolus (Robertus) de Licio, Opus Quadragesimale, quod de Poenitentia dictum est.

F. 1^a: Sacre theologie magistri necnon sacri eloquij preconi-
nis ce||lebrissimi fratris Roberti de Licio ordinis minorum profes-||
soris opus quadragesimale perutilissimum quod de peniten-||tia
dictum est. feliciter incipit. || Dominica in septuagesima. De faci-
litate bonorum operum || seu bene operandi, propter quam pecca-
tores ad penitentiam re||dire debent. Sermo primus. *F. 399^b ex-*
PLICIT opus: nedicentes deum per immortalia seculorum secula.
Amen *F. 400^a*: Hec est tabula omnium sermonum contentorum
hoc in volumine. *F. 401^a lin. 14*: Incipit registrum. *F. 416^a*
lin. 5: Tituli sermonum secundum ordinem alphabeti. *F. 417^a*
lin. 19: Explicit tabula sermonum secundum ordinem alpha-
beti. || Explicit Registrum in sermones et materias huius libri etc.
F. 417^b lin. 11: Explicit feliciter. *F. 418 vacat.*

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 418 foll. 35 lin. Cum litt. init.
expict. Numeri foliorum coeva manu minio inscripti sunt.

Gras p. 241. (Mediolani Christoph. Valdarfer); *Panzer I. p. 94.*
503. (415 foll. Argentinae); *Hain I. 2. p. 31. 4418.* (Argentorati,
417 foll.)

Hoc exemplar: «Conuentus Viennensis FF Praedicatorum» erat.

404.

(Ulmae.)

**Cato (Dionysius). Ethica seu Disticha de Moribus Amplis-
simo Commentario Illustrata.**

F. 1^a: Registrum in preceptorum numero. vna cum titulis
eorundem || et quotorum in folijs. vt patet in processu infra. Inci-
pit feliciter *F. 2^b*: Tabula in preceptis vna cum || titulis eorun-
dem. Finit feliciter *F. 3^a*: Libri presentis materiam inuenire
gliscens conuenientem etc. *Eod. fol. lin. 17*: Tabula materialis
libri presentis. Incipit feliciter. *Explicit f. 24^b. F. 25^a*: Remisso-
rium supra thematum tam euangeliorum quam epistolarum etc.
Eod. fol. lin. 19: Dominica prima aduentus domini epistola eius-
dem diei. *F. 60^b*: Finit Feliciter. *F. 61 vacat. F. 62^a*: Prologus
Kathonis de omni cecitate hominis errantis || in via morum. et hoc

in genere Incipit feliciter. *In fine f. 380^a*: Documenta moralia cathonis In omnium christianorum morum et || errorum correctionem etque (*sic*) extirpacionem disserte exarata. atqui || et auspicato In sermones temporum videlicet dominicalium feriarumque || vna cum euangeliorum ac epistolarum introductionibus seu thematibus. per anni circulum. iuxta materiarum predicandarum congruentiam venustissime moralizata sunt Et sicut cuius placet || predicanti. pro sui sermonis continuacione. materiam et thema diuina inspiracione annuente adducere potest. vt videri habet lucidius || in prima tabula scilicet materiali. Et in secunda de thematibus || ast introductionibus demonstrante viam seu modum introeundi in presentis libri materiam Finiuntur in dei honore feliciter

Fol. char. goth. s. s. c. 61 non num. + 319 num. = 380 foll. 34 lin. Cum litt. init. xylogr., quae expictae sunt.

Panzer III. p. 543. 72.; *Ebert I. p. 290. 3727* affert editionem Ulmensem, sed tantum 60 foll. habentem. Videtur tamen indicem solum triplicem ante oculos habuisse, opus ipsum autem non inspexisse; *Hain I. 2. p. 70. 4710.* (Ulm. Joh. Zainer); *Hassler p. 112. 89.*; *Schweiger II. 1. p. 65.*; *St. Gallen Bibl. p. 59. 373.* (ca. 1473).

In inferiore margine f. 1^a: «Monachij ad PP. Franciscanos pro Bibl.»

405.

Venetis.

Cicero (M. T.) Finibus Bonorum et Malorum.

F. 1 vacat. F. 2^a: M. T. Ciceronis de finibus bonorum et malorum ad Brutum. L. primus. *In fine f. 78^a*: .M. Tullii Ciceronis De finibus bonorum et malorum (*sic*) || liber quintus desinit. || De finibus bonorum et malorum opus finis cum magna || diligentia Impressum per Philippum condam petri uenetis regnante Iohanne Mozenico inclito duce.

Fol. min. s. a. char. rom. cum a2—k3 sig. s. c. et pp. nn. 77 foll. 36—37 lin.

Maill. I. p. 747.; *Panzer III. p. 492. 2763.*; *Hain I. 2. p. 150. 5327.* Ipse librum non vidit, de quo annotavit «est forte ed. a. 1488.» Sub numero 5329 aliam editionem affert, neque tamen eam ipse viderat; subscriptio eius omnino in nostrum exemplar cadit, addito tamen anno: 1480 die 6. Nov. Verisimiliter hoc anno duae editiones editae sunt, una cum nota anni et altera sine anno. Numerus foliorum item 77 est; *Schweiger II. 1. p. 183. nota.*

406.

Patavii.

Donatus (Grammaticus). Fabularum Ouidii Abbreviatio.

F. 1^a: DONATI grammatici peritissimi fabularum || breuatiō ouidii nasonis elegans et succinta. Et || primo de chao in quattuor elementa diuiso. *In fine f. 40^b*: GRATIAS ALTISSIMO DEO. || Petrus maufer normanus Rothomagensis ciuis.

4^o s. a. char. rom. cum a—e sig. s. c. et pp. nn. 40 foll. 24 lin. Litt. init. desunt.

Maitt. I. p. 758.; *Panzer II. p. 377. 94.* (Patavii) *Ibid. III. p. 488. 2741.* («forte Venetiis»); *Ebert I. p. 496. 6337.* (vor 1479); *Hain I. 2. p. 278. 6388.* (ipse non vidit, annotavit foll. num., sed falso; Patavii); *Brunet II. p. 809.* (Patavii circa 1479).

407.

Venetiis.

Duns (Johannes) Scotus. Scriptum in quatuor Libros Sententiarum. Pars IV.

F. 1 vacat. F. 2^a incipit opus sine inscriptione: () Amarita-|| nus ille piissimus spoli||atum etc. *F. 237^b col. 2*: Iohannis scoti in 4 sententiarum opus preclarissimum || ceteris theologie voluminibus emendatius ac || castigatius exscriptum. Idem autem diligentissime || recognouit Thomas anglicus summus in theolo||gia magister. Impressionique Uenetiis deditum est || ductu et impensa Iohannis Colonie agrip-||pinensi sociique eius Iohannis manthen de Gher||retzhem qui vna fideliter degunt et cuncta || ad communem vtilitatem peragunt. *F. 238^a*: () Abula Scoti in 4 sententiarum librum. etc. *F. 239^b col. 1*: Finis. *F. 240^a registrum.*

Fol. s. a. char. goth. cum a—O₄ sig. s. c. et pp. nn. 240 foll. 2 col. 50—51 lin. Litt. init. non sunt expictae.

Maitt. I. p. 769.; *Panzer III. p. 486. 2728.*; *Hain I. 2. p. 281. 6416.*

F. 1^b haec annotatio legitur: . . . «tus in quarto optime correctus . . . excellentissimum doctorem thomam de A]nglia paduae precii iij fl.» Ab alia manu: «Et est conuentus Wiennensis ordinis predicatorum emptus sic ligatus pro tribus fl. Ren. A^o 77 Tercio octobris.» In superiore margine f. 2^a haec nota saec. xvii legitur: «Nouitiatus Wiennensis Fratrum Praedicatorum»; in inferiore margine f. 2^a et 238^a autem nota saec. xvi. invenitur: «Liber Iste est conuentus Wiennensis fratrum ordinis praedicatorum. In Austria.»

408.

(Argentinae.)

Durantus (Gvillelmus). Rationale Divinorum Officiorum.

F. 1^a vacat. F. 1^b tabula: Iste liber diuiditur in || otoo (*sic*) libros. *Expl. f. 3^b col. 2. F. 4^a*: Incipit rationale diuinorum officiorum || guilhelmi minatensis ecclesie episcopi. *F. 6^a lin. 17*: Incipit liber primus de ecclesia et ecclesiasticis locis et || ornamentis et de consecrationibus et sacramentis *In fine f. 388^a*: Explicit rationale dininorum (*sic*) officiorum.

Fol. char. goth. s. s. c. cum pag. num. 3 non + 385 num. = 388 foll. 39 lin. Cum litt. init. expiet.

Laire p. 127. 76.; *Panzer I. p. 86. 458.* (Argent. char. Husneri); *Hain I. 2. p. 290. 6465.* (Argentor. G. Husner); *Holtrop p. 444. 684.* (c. 1475).

Hoc exemplar olim (saec. xvii) «Conuentus Lucensis» erat.

409.

Ficinus (Marsilius). De triplici vita.

F. 1^a tit.: Marsilius Ficinus Flo||rentinus De triplici vita. *F. 2^a*: Marsilij Ficini Florentini in librum de uita, ad magnani|| mum Laurentium Medicen patriae seruatorem: Prologus. *F. 3^a*: Liber iste de Vita in tres libros est diuisus. Primus || de uita sana: siue de cura ualitudinis eorum qui incumbunt || studio litterarum. Secundus de uita longa. Tertius de uita || coelitus comparanda. || Marsilij Ficini Florentini in librum primum de uita sa-||na ad Georgiumantonium Vespuccium, et Ioannem bap||stam Boninsegniū: Epistolare prooemium. || ()Arsilius Ficinus Florentinus Georgioantonio || Vespuccio et Ioanni Baptistae Boninsegni|| uiris probitate doctrinaque insignibus. S. D. *F. 3^b tabula. F. 4^a*: Marsilij Ficini Florentini primus liber de uita sa-||na: siue de cura ualitudinis eorum qui incumbunt stu-||dio litterarum, incipit. *F. 19^b*: Finis Primi libri. *F. 20^a*: Marsilij Ficini Florentini in librum Secundum, De || Vita longa, ad Philippum Valorem, Epistolare prooemium. || ()Arsilius Ficinus Florentinus Philippo Valori || Cui optimo: atque nobilissimo. S. D. *F. 41^b*: Finitur secundus liber. *F. 42^a*: Marsilij Ficini Florentini in librum ter-

tium De uita coeli-||tus comparanda, ad serenissimum Pannoniae regem Episto-||lare Prooemium. || () Arsilius Ficinus Florentinus, serenissimo Pan-||noniae Regi semper inuicto. *etc.* *F.* 89^a: Finis libri tertij et ultimi. *F.* 89^b: Apologia quaedam: In qua de medicina, astrologia, uita || mundi: Item de magis, qui Christum statim natum salutauerunt. || () Arsilius Ficinus Florentinus, dilectissimis suis in || ueritatis studio fratribus, tribus Petris, Nero, Gui-||ciardino, Soderino, terquaterque salutem. (*Datum*: xv. Septembris. M.cccclxxxix. In agro Caregio.) *F.* 91^b *lin.* 24: Quae necessaria sit ad uitam securitas || et tranquillitas animi. || () Arsilius Ficinus dilectissimis in ueritatis uena-||tione fratribus Bernardo Canisiano, Iohanni Cana-||cio, Amerigo Cursino Salutem. (*Datum*: xvi. Septembris. M.cccclxxxix. In agro Caregio.) *F.* 92^b: Finis Apologiae *F.* 93^a: Principalium sententiarum libellorum Marsilij Ficini Flo-||rentini de triplici uita Annotatio. *Explicit f.* 100^a.

4^o char. rom. cum a_{ij} — n_{iiij} sig. s. c. et pp. nn. 100 foll. 53 lin. Cum inser. pag. Litt. init. desunt.

Panzer IV. p. 48. 389. (sub anno 1489); *Hain I. 2. p. 381. 7063.*

F. 1^a haec annotatio (saec. xvi) legitur: «Adamus Werner Med. Doctor. Ex testamento vitij Scherlin Leipheimensis.» *F.* 2^a haec: «Jacob. Carl. Med. Doctoris.»

410.

Lipsiae.

Florus (Luc. Annaeus.) Epitome Rerum Romanarum.

F. 1^a *tit.*: .L. Annei Flori Illustris historio-||graphi Epitomata quattuor: quibus || scite collegit que bella Populus Romanus domi forisque gessit: quibus viris || et artibus imperium peperit: et partum auxit: et auctum ad summum fastigium: || suis viribus euertit: et euersum tandem per Cesarem Augustum sublimius || erexit. || Ad Lectorem. *Sequuntur 3 disticha.* *F.* 1^b: Philippus Beroaldus in oratione habita in || enarratione Titi Liuij ac Sillij Italici continente hystorie laudem. *F.* 2^a: Lucii Flori rerum Romanarum || Epitoma incipit. *F.* 37^b *lin.* 6: Finis. || Baptista Egnatius Uenetis in suis racema||tionibus capite quarto. || L. Flori locus a corruptorum malignitate pulcherrime vindicatus. *In fine eiusdem fol.*: Liptzk impressum per Iacobum Thanner. *F.* 38^a: L. Flori Epitomatum quatuor librorum tabula.

Fol. s. a. char. goth. cum A_{ii} — F_{iiii} sig. et pp. nn. 1 non num. + 36 num. + 1 non num. = 38 foll. 36—37 lin. Cum marg. inser. pag. et litt. init. expict.

Maitt. Ind. II. App. p. 519.; Panzer I. p. 505. 335.; Ebert I. 609. 7671. (post a. 1487 et ante a. 1494); Hain I. 2. p. 397. 7202.

411.

(Coloniae.)

Florus (Lucius Annaeus). Epitome Rerum Romanarum.

F. I^a rubro: Lucij annei flori epitoma idest abbre||uiatio de cursu ac statu romanorum a || fundacione vrbis per romulum vsque ad || augustum. continens 4 libros incipit fel|| (*sic*) *In fine f. 29^b col. 1*: Explicit libellus de commendacione imperij romani. *Col. 2 eidem folii et f. 30 vacant.*

Fol. char. goth. s. s. c. et pp. nn. 30 foll. 46 lin. Cum litt. init. expict.

Laire I. p. 132. 87. refert miniatorem subscripsisse: «impressum Colonie agrippie per Arnoldum Therhurnen»; *Panzer I. p. 336. 445.* (Therhoernen); *Santander II. p. 423. 614.* (ca 1471); *Dibdin II. p. 32. 239.* affirmat hanc editionem non impressam fuisse ante annum 1473; *Ebert I. p. 609. 7668.* (Col. Therhoernen); *Hain I. 2. p. 396. 7199.* (Col. A. Therhoernen); *Schweiger II. 1. p. 356.; Holtrop p. 341. 122.* (1470—71); *Brunet II. p. 1311.* (Therhoernen, à Cologne, 1471 à 1473).

412.

Formularium.

F. I^a vacat. F. I^b: Hie hebt an der formalari (*sic*) darin n begriffen sind aller||hand brieff auch rethorick mit frag vnd antwurt zegeben || tyttel aller ständ. sändtbrieff. sinonima. vnd colores das || alles zum brieff machen dienend ist *F. 4^b*: Hie endet sich das register *F. 5^a*: Rethorica. *F. 9^b vacat. F. 10^a*: Mich bedunckt glimpfflich sein *etc. F. 14^a*: Hie nach merck von der geystlichen || tytteln vnd anders *F. 44^b explicit. F. 45 vacat. F. 46^a*: Sinonima rethoricalia *F. 52^a*: Hie nach volgent etlichen || vorreden in maniger masse || Vorred auff vereynung *Opus explicit f. 139^a*: end an den brief gehalten habend der geben ist am *etc.*

Fol. char. goth. cum a₁—a₅+b₁—b₃ sig. et partim foll. num. 13 non num. + 31 num. + 7 non num. + 88 num. = 139 foll. 36—40 lin.

Hain I. 2. p. 404. 7258.

F. 1^a et 1^b haec nota legitur: «Collegij Societatis Iesu Mindelsheimij 1635.»

413.

(Memmingae.)

Formularium Instrumentorum ad usum Curiae Romanae.

F. 1^a: Absolutio simpliciter vel ad cautelam vigore commisionis || apostolice ab excommunicatione lata ob non solutionem pecuniarum. *Explicit f. 119^a*: Millesimoqua||dringentesimosexagesimoseptimo kalendas marcij pontificatus nostri Anno quarto. *F. 119^b et 120 vacant. F. 121^a*: Taubla (*sic*) huius libri. *F. 125^b col. 2*: Et sic est finis huius tabule. (*Tabula in nostro exemplari in principio libri est.*)

Fol. char. goth. cum a²—q³ sig. s. c. et pp. nn. 125 foll. 35 lin. Cum litt. init. expict.

Gras p. 226. (214 foll.): *Zapf Schw. p. 249. 45.* (Ex officina Alberti kunne); *Panzer II. p. 109. 43.* (Memmingae); *Hain I. 2. p. 407. 7276.* (Memmingae Alb. kunne).

F. 120^a hae annotationes leguntur: «Liber iste pertinet Sebastiano Castner 1506.» Haec deleta est. Tum: «Bibliotheca me iure possidet cui sum inscriptus 6 Decemb. 1655.»

414.

(Coloniae.)

Gerson (Johannes). De Efficacia Orationis etc.

F. 1^a: Incipit sermo venerabilis Magistri Iohannis Gerson Can||cellarij Parisiensis de Efficatia (*sic*) orationis. *F. 4^b*: Explicit sermo venerabilis Magistri Iohannis Gerson Cancell||larij Parisiensis. de Efficatia (*sic*) orationis. cuius thema || fuit. Obsecro vos tanquam aduenas etc. factus in || Concilio Constantiensi. *F. 5^a*: Tractatus de diuersis diaboli temptacionibus magistri || Iohannis Gerson cancellarij parisiensis doctissimi || atque deuotissimi viri. *F. 22^b*: Explicit Tractatus Magistri Iohannis Gerson || Cancellarij Parisiensis Doctissimi atque Deuotis||simi viri. De diuersis diaboli temptacionibus. *F. 23^a*: Incipit Tractatus Venerabilis Magistri Io||hannis Gerson Cancellarij parisiensis pro || deuotis simplicibus. Qualiter se in suis ex||ercicijs discrete et caute habere debent *F. 38^a*: Explicit tractatus pro deuotis simplicibus qualiter || se

discrete et caute habere debeant in suis exercitijs || Editus a venerabili magistro Iohanne Gerson. Cancellario.

4^o char. goth. s. s. c. et pp. nn. 38 foll. 27 lin. Litt. init. expictae sunt.

Hain I. 2. p. 470. 7687. (Colon. Ulr. Zell.); Emmen I. p. 31. 17.

415.

Gesta Romanorum.

